Primo dubitať. Utrū in ſuba vl' relatõe imediate poſſit fūdari relatio. Et vr̄ ꝙ non.q2 accidētia iꝑfecta iherent ſubo mediantib' accidentib' magis ꝑfectis. vt puta q̄litas mediāte q̄titate.ſed r'o hȝ eē debiliſſimū iter oīa ꝑdicamenta ſm̄ cõmentatorē duodecio metaphiſice.ergo iheret mediātib' alijs accn̄tibuſ.⁊ illa accidentia q̄bus mediātibus ieſt relatio ſubie dn̄r fundamēta relatiõis. ¶ Jn oppoſitū tn̄ arguitur.q2 ſuba ꝑcedit quodcunq̄ȝ accidēs. ergo illa ꝑoritas fūdatur imediate in ſuba. ¶ Ad dubiū rn̄detur ꝑ vnā diſtinctionē ꝙ duplex ē relatio.q̄dā eſt trāſcēdens q̄ pōt repiri i pl'ib' ꝑdicamentis ſicut relatio ꝑoritatis cauſalitatis diſtictionis identitatis ⁊c̄.⁊ tales imediate fundanť in ſuba q2 ſuba prior ē accidentibus.⁊ ē cā cuiuſlibȝ accn̄tis.pn̄t ēt fundari imediate i relatione.q2 vna relatio eſt diſtincta ab alia.ēt aliq̄ relatio eſt eadē ſibi ipſi.alie ſūt relationes ꝑdicamentales que imediate fūdanť ſuper re alicui' ꝑdicamēti.⁊ tales fundanť in ſuba mediāte qualitate ⁊ q̄titate.nec imediate fundanť in ſuba vel ꝛlatione. Probat albert' ponēdo duas dr̄ias inter accn̄s abſolutū ⁊ relatiuū. Prima eſt. q2 de rõe accn̄tis abſoluti ē tm̄ vna ɔpendētia.ſ. aptitudinalis iherentia ad ſubȝ. Sed de rõne accn̄tis reſpectiui ſunt due depēdentie. vna ē ad ſubm que ſibi ɔuenit inq̄tū eſt accidēs. Alia eſt ad terminuȝ ⁊ illa ſibi ɔuenit inq̄tū accidēs tale eſt reſpectiuū Secūda differētia eſt hec q2 accidēs abſolutum imediatate cauſatur a ſuo ſbo: nō aūt reſpectiuū imo ſolū cauſať in ſubiecto mediāte accidente abſoluto.ex hoc patet quid ſit dicēduȝ.ad argumēta ex vtraq̄ȝ parte.

Secundo dubitatur. Utrū vnū relatiuū ſit de conceptu quiditatiuo alteri'.dicitur ꝙ ſic.qđ patet per porphiriū dicentē ꝙ neceſſe in vtrorūq̄ȝ rõib' vtriuſq̄ȝ vti. ¶ Scđo ſic.eē eſſentiale relatiui eſt ad aliud.ſed diffinitio indicat eſſe eſſentiale diffiniti ergo diffinitio relatiui debet idicare ſuū eē ad aliud quod nō eēt niſi i diffõne ponereť ſuū correlatiuū. ¶ Tertio ſic:illud per qđ cõuenienť ⁊ adeq̄te explicať nā alicui' dȝ poni in diffõne illi'. ſȝ ꝑ correlatiuū cõuenienť ⁊ adeq̄te explicať nā relatiui.ergo relatiuū dȝ diffiniri ꝑ ſuū correlatiuuȝ. ¶ 4°.ſic. dicit ari:ꝙ ſi q̄s diffinite nouit vnū ꝛlatiuoꝝ diffinite nouerit ⁊ ꝛliquū.qđ n̄ vr̄ eē verū niſi i ɔceptu q̄ditatio vni' ꝛlati ponereť correlatiuū. Al'r rn̄deť ꝑ vnā diſtictionē ⁊ tria dca. Diſtin͡o ē hec: duplex ē diſtictio.quedaȝ ē pure quiditatiua que explicat pricipalia eētialia diffiniti. ⁊ talis vocatur diffinitõ explicās ɔceptū q̄ditatiuū eo ꝙ i tali diffinitõe nihil pōiť niſi qđ ē ɔ itriſeca rõe ei'. Alia eſt diffinitõ nō pur̄ q̄ditatiua ſȝ data ꝑ additamētū.puta q̄ dať ꝑ extriſeca ſic̄ ꝑ ſbm vel ťminū ¶ Primū dictū. vnū relatiuū nō ē de ɔceptu pure q̄ditatiuo alteri'.pȝ. q2 vnū nō ē ɔ itrinſeca ɔſtitutõe alteri'. ¶ Scđm dictū.neutrū relatiuoꝝ pōiť i diffinitõe q̄ditatiua relatiui alteri'.pȝ.q2 neutrū ē ꝑ' neq̄ȝ noti'. ¶ Tertium dictū i diffinitõe data ꝑ additamētū vnū relatiuū diffiniť ꝑ ſuū ťminuȝ h̄ ē ꝑ ſuū fūdamētū ſui correlatiui.ꝑ^a ꝑs pȝ q2 fūdāentū correlatiui ťminat ɔpendētiā ꝛlatiui.⁊ ē ꝑ' ⁊ noti' ipo ꝛlatiuo.g̊ ⁊c̄. 2^a pars pȝ. q2 ſil'r fūdamētū ꝛlatiui ťmiat ɔpēdētiā correlatiui.⁊ ē natural'r ꝑus ⁊ noti' ipo correlatiuo.g̊.⁊c̄.

Tertio dubitat̄. Utꝝ pater hn̄s plures filios habeat tot paternitates quot hēt filios. rn̄detur ꝙ sic q2 determinatio numeralis relationū sumit̄ a distinctione numerali fūdamentorum. sed pater quot h3 filios tot h3 fūdamēta distincta numero. s. distinctas gn̄ationes actiuas. g̃ habebit tot paternitates distinctas numero. nec pp hoc debet dici pluresꝭ patres. q2 accidētia eiusdē spēi n̄ habent dare vni subo nisi vnā denoīationem. nec etiam est incōueniēs duo accn̄tia sola numero dr̄a eē in eode3 subo. aliqui tn̄ rn̄dent p duas ꝓpōnes ❡ Prima ē. ꝑnitas ꝓ termino adequato n̄ hab3 hūc filium vel illū sed filiū i cōi ita ꝙ intendit ꝙ i ꝑdicamēto relationis nō sūt idiuidua. ❡ 2ª ꝓpō distinctio numeralis relationū sumit̄ ex distinctione numerali suboꝝ ⁊ nō fūdamētoꝝ. q2 ipoſſe ē idē accidēs i spē ꝑlificari numero nisi p diuisionē subi ❡ Rōnes i oppositū soluūtur i ꝑmo notabili.

Queritur Utꝝ ꝑdicamenti qualitatis sint tm̄ q̃ttuor spēs. ❡ Arguit̄ ꝓ cōtra suppositu3. q2 nullū equocū ē ꝑdicamētū. s3 qualitas ē quoddā equocū. g̃ nō ē ꝑdicamētū. minor p3 per textū vbi dr̄. ē aūt q̃litas eoꝝ q̄ dicūtur multipliciter. ❡ Arguit̄ 2°. ꝯ q̃stum q2 aristo. 5° methaphisice inter oēs modos q̃litatis nō enumerat nāl'ē potentiā vl' impotētiā ❡ Arguit̄ 3°. sic. eadē q̃litas in numero cōtinetur sub ꝑma specie sub 2ª ⁊ etiā sub tertia. g̃ nō sūt diuerse spēs adiuicē distīcte. añs p3 de calore ⁊ frigore. ❡ 4°. arguit̄ sic. cursor ⁊ pugilator ponūtur i ꝑma spē q̃litatis. ⁊ etiā i secūda. g°. ille spēs n̄ distiguūtur adiuicē. Jn opp^m est aristo.

Primo sciendū est. ꝙ ꝓ declaratione que siti ponunt̄ sex distictiōes. ❡ Prima ē. triplex ē q̃litas. q̃dā ē qualitas eēntialis ⁊ est illa q̄ q̃lificat genus ⁊ eēntialit̄r ꝯstituit spēm cͦ est dr̄a. Alia ē pure accn̄tal' q̄. s. cōsequit̄ indiuiduu3 ⁊ vocatur q̃litas idiuidui. Alia ē ꝑtr eēntialis ⁊ ꝑti3 accn̄tal'. ⁊ est illa q̄ necio ꝯseqtur ꝑnª eēntialia spēi cui tn̄ aduēit post suū eē ꝯpletū cuiusmodi ē ꝓpria passio. ❡ 2ª distictio. hit° capit̄ dupl'r. vno° vt ē respect° extrīsec° aduēniēs ꝯrelict° icorpe ex ediacētia ornamēti vel vestimēti ad corp°. ⁊ sic nō ē spēs q̃litatis sed est vnū ꝑdicamētū distinctu3 a qualitate. Alio mō capitur hit° ꝓ q̃dā q̃litate inherente potētie ipam iclinātē ad operādū siue talis sit spēs itelligibil' siue act° itelligēdi siue habit° causatus ex talib° actib°. ⁊ sic capitur i ꝓposito. ❡ 3ª disti°. potētia capitur dupl'r. vno° sincathegoreumatice. s. ꝓ q̃dā sincathegoreūate āpliāte ad pn̄s ⁊ ad futuꝝ ad sēsū q̄ dicim° ꝙ poſſe ē t̄min° ampliatiu°. alio° capit̄ cathegoreumatice ꝓ q̃da3 entitate q̄ dr̄ eē ꝑn^m q̄ aliqd agit sic dicim° ꝙ poª itellectiua ē ꝑn^m quo aīa pōt ꝓducere actū itelligēdi. ⁊ sic capit̄ hic. ❡ 4ª distin°. passio capitur dupl'r. vno mō ꝓ ꝑ ⁊ imediato effectu actōis. ⁊ sic ē gen° gn̄alissi^m alio° ꝓ q̃litate facil'r mobili. ⁊ sic capitur h̄. ❡ 5ª distin°. forª capitur dupl'r. vno° gn̄al'r. vt. s. dr̄ ab informādo. ⁊ sic oē illud q̄d dat alicui eſſe aliq̃le siue subale siue accn̄tale dr̄ forª. alio° capitur spāliter vt dr̄ a foris manēdo. ⁊ sic capitur i ꝓpo°. ❡ 6ª di°. signū capit̄ dupl'r. Uno mō māl'r. s. ꝓ q̃litate t̄minata. alio° forl'r. s. ꝓ q̃litate ꝯn̄te t̄minatiōe3 q̃litatis ⁊ tal' q̃litas si ꝯpet̄ ad aliq̄d ex puta ad q̃litate3 dr̄ fiª. si vo ꝯpet̄ ad itra. s. ad formā sbalē rei dr̄ forª

Secundo sciēdū ē. ꝙ i hoc ca° det̄minat aristo. de q̄rto ꝑdicamēto q̄d ē q̃litas. ⁊ ꝯt3 tres ptes ꝑncipales. Jn q̄ꝝ ꝑª det̄minat de q̃litate abstractie significata ⁊ ꝯtinet. 7. cōclōes. ꝑma ꝯ°tāgit diffōe3 qualitatis ⁊ ē h̄. q̃litas ē ſm quā quales eē dicimur. ❡ 2ª ꝯ°tangit vnū notabile ⁊ ē hec. q̃litas ē de nūero eoꝝ q̄ multipl'r dicunt̄. i. hn̄t sub se multas spēs. ❡ 3ª ꝯ°tāgit ꝑmā speciem qualitatis. ⁊ est h̄. ꝑª spēs q̃litatis ē hitus ⁊ dispō. quā ꝯclōe3 ꝓbat ponēdo duas dr̄ias iter hitū ⁊ dispōe3. ꝑma dr̄ia ē. hit° ē ꝑmanētior ⁊ diuturnior dispōe q̄d p3 exēplo ⁊ signo. exēplo sic. q2 ꝟtutes ⁊ scie q̄ sūt quidā hit° vident̄ eē permanentiores ⁊ de difficili mobiles a subō vt si qs sumat ꝑfecte vel mediocriter scia3 nō de facili admittit eā nec faciliter separatur a subō nisi grādis permutatio facta sit vel ab egritudie vel ab aliquo hō. sic ēt ꝟtutes morales iustitia ⁊ castitas nō vident̄ poſſe moueri nec faciliter permutari a subō. sed affectiones idest dispositiones sūt faciliter mobiles ⁊ cito permutabiles seu auferibiles a subiecto. vt calor ⁊ frigiditas egritudo ⁊ sanitas. Homo enim circa eas quodammodo afficitur ⁊ cito permutatur ab vna in alterā. vt homo ex calido cito fit frigid° ⁊ ex sanitate cito trāsit i egritudinē. nisi forte per longitudinem temporis transferantur in nām subiecti. Sed tunc ampliusꝭ non dicerentur dispositiones immo habit°. ❡ Secūdo p3 signo sic. q2 discipuli nō multū retinētes sed facil'r obliti dicūtur hitū non habere q̄uis ad disciplinas sint melius vel peius dispositi. ideo habitus est qualitas de difficili mobilis ⁊ dispositio de facili mobilis. Secūda dr̄ia. quia habit° sunt dispōes. sed non ē necesse ꝙ dispositiones sint habit°. p3 signo sic. q2 q̄ hitū retinent quodāmō dispositi sunt peius vel

melius ad ea q̄ hn̄t. sed q dispositi sūt n̄ omnes habent hitū. ¶ 4^a ꝯ tangit secūdam speciem q̄litatis. ꝛ est hec. Aliud genus qualitatis ē fm quā pugillatores ꝛ cursores salubres vł isalubres dicūt ꝛ simlr quecūq; dicūtur scd̄m nālem potētiā vł ipotentiam. hanc cōclusionē declarat ꝑ hitudinem ad primā spēm. qꝛ posset credere aliqs ꝙ cursor ꝛ pugillator dicerēt denoiatiue a dispositionib⁹ vł habitibus ꝛ ita erūt in ꝑma spē qualitatis. illud remouet dicēs ꝙ hic capitur cursor ꝛ pugillator nō fm ꝙ dispositi sūt ad illos act⁹ sꝫ fꝫ ꝙ hn̄t nālē potentiam ad h̄ faciliter faciendū vel resistendū ne a quibuslibꝫ patiantur. ꝛ h̄ declarat ꝑ quattuor exēpla. Primū ē. sanatiui dicuntur q hn̄t naturalez potētiā vt nihil a quibuslibet accn̄tib⁹ patiant̄. 2^m exēplum. egrotatiui dicūt̄ q hn̄t naturalē potentiā nihil patiendi. 3^m exēplū. durum dr̄ quod hꝫ naturalē potentiā nō cito secari. 4^m exēpluꝫ. molle est qd̄ habent naturalem potentiam cito secari.

Tertio notandū est ꝙ circa hunc textū incidunt tres difficultates. Quarꝫ ꝑma ē. vtrꝫ cū multiplicitate qualitatis stet ipaꝫ eē genus generalissimū. Ad quā rn̄detur ꝑ vnam distinctionem. qꝛ duplex est multiplicitas. vna est multiplicitas significatorꝫ. ꝛ cū tali nō stat vniuocatio nec ꝑ ꝯn̄s stat tale multiplex esse gen⁹. Alia ē multiplicitas suppositorꝫ. ꝛ cū tali stat vnitas rōnis formal̄. ꝛ ꝑ ꝯn̄s vnio tali an̄te multiplicitate dr̄ q̄litas multipliciter. ideo stat ipam esse genus generalissimuꝫ. ¶ 2^a difficultas. vtrꝫ habitus ꝛ dispositio se habeant sicut superi⁹ ꝛ iferius vt dr̄ in textu. rn̄detur ꝑ duas distinctiones. ꝑma est. dispositio pōt capi duplr̄. vno mō coiter. ꝛ hoc modo se extendit ad oēm qualitatem de facili mobilez. ꝛ de difficili mobilem. ꝛ sic est quoddā superius ad habitum. alio⁹ spālr̄ capit̄ vt se extēdit ad q̄litates facilit̄ mobiles a s̄bo. ꝛ sic differt ab habitu sicut ꝑfectum ab imꝑfecto in eadem spē. nā fm boeciū simpliciū habitus ꝛ dispositio non differūt genere nec spē sed tm̄ numero. qꝛ differūt tm̄ sicut puer ꝛ senex eo ꝙ habitus ē dispositio firma. ꝛ dispositio est habit⁹ ifirm⁹ ¶ 2^a distinctio: habit⁹ capit̄ duplr̄. Uno mō cōiter. vt. s. se extendit ad oēm qualitatē acquisitam de difficili mobilē. ꝛ tūc se extendit ad oēm habitū tam aie q̄ꝫ corporis. ꝛ sic capit̄ in ꝓposito. alio mō capitur habitus ꝓ qualitate acquisita i aia ꝑ actū ei⁹ disponentē ipam ad cōsimiles actus. ꝛ sic capit̄ in primo ethicorꝫ. ꝛ est quoddā inferius ad habituꝫ ꝑmo mō sūptum. ¶ 3^a difficultas. vtrꝫ oēs actus potentiarꝫ aie sint in ꝑma spē qualitatis. ꝛ oēs potentie aie sint in secunda. Rn̄det̄ ꝓbabiliter quo ad vtranq; ꝑtem affirmatiue. primuꝫ pꝫ. qꝛ nulla actio de ꝑdicamēto actionis pōt esse suprema ꝑfectio agentis. sed omnis actus aie est suprema ꝑfectio agentis. ergo nullus actus aie est in ꝑdicamēto actionis. maior pꝫ. qꝛ anteq̄ꝫ agens agat oꝫ ꝙ sit supreme ꝑfectum. minor pꝫ. qꝛ intelligere ꝛ speculari est suprema ꝑfectio aie. verūtm̄ tales act⁹ q̄ ad sua connotata possunt dici de ꝑdicamento actiōis qꝛ cōnotantur respectu ad agens. secūdum pꝫ qꝛ actus ꝛ potentia sunt eiusdē generis. sed actus aie sunt de genere qualitatis. ergo potentie ei⁹ erunt de genere qualitatis nec est intelligendū ꝙ potentia vel impotentia significent aliquid qd̄ sit de genere qualitatis eēntialiter cū sint noia respectiua sed tm̄ significant aliquem modū qualitatis vt potentia significat modū qualitatis scd̄m tm̄ ꝙ ipa ē ꝑncipiū operationis ꝛ impotētia significat vnum modum qualitatis scd̄m ꝙ ipa est principium difficulter agendi vł facilr̄ patiendi. ꝛ qꝛ tm̄ huiusmodi qualitates nobis ignote sunt. nobis tm̄ inotescūt ꝑ habitudines ad operationes quarum sunt principia. id̄ qualitates hui⁹ spēi ꝯuenienter noiamus noibus significantibus illas qualitates non quidē absolute sꝫ ad hitudinē ad suas operatiōes. vt calefactiuū significat qualitatē fm ꝙ ipa est ꝑncipiū illius operationis que est calefacere.

Conclusio rn̄salis. predicamenti qualitatis sūt tm̄ quattuor spēs. ꝑma pꝫ. s. ꝙ sit ꝑdicamentū. qꝛ est genus generalissimū habens sub se genera ꝛ spēs. 2^a ps pꝫ. qꝛ ois qualitas vel se tenet. ex ꝑte materie. ꝛ sic est quarta species qualitatis. vel se tenet ex parte forme. ꝛ hoc est dupliciter. quia vel talis qualitas est terminus actionis. ꝛ sic est tertia species. vel ipa est principium actionis. ꝛ hoc dupliciter. qꝛ vel est principiū ꝓpiquū ꝛ ē ꝑ^a vł pricipiū remotū ꝛ sic est 2^a spēs:

Primo dubitatur. Utruꝫ albedo ꝛ alij colores illati ex aliqua passione puta ex timore vel verecundia sint qualitates d̄ tertia specie qualitatis. ¶ Pro responsione est supponendum ꝙ aristoteles in quinta cōclusiōe hui⁹ partis tangit tertiam speciem qualitatis. ꝛ ē hec: 3^a ꝟo species qualitatis sunt passibiles qualitates ꝛ passiōes hoc est illa ponuntur in 3^a spē q̄litatis q̄ dicuntur a passione vel a passibili qualitate. hanc ꝯclōnez d̄clarat ꝑ duo exēpla quorꝫ ꝑ^m ē. dulcedo amaritudo ꝛ austeritas ꝛ oia cognata. i. eis sitia

ſūt paſſiones vel paſſibiles qualitates. 2m exēpluꝫ vt calor ⁊ frigus. albedo ⁊ nigredo. ⁊ ꝙ iſta ſint q̄litates pꝫ qꝛ ſꝫ ea dnr̄ quales. ergo ſūt q̄litates. minor pꝫ qꝛ mel dr̄ dulce eo ꝙ dulcedinē ſuſcipit. et corpꝰ dr̄ albū eo ꝙ albedinē ſuſcipit. 2o probat ꝙ ſint paſſibiles qualitates duabꝰ rōibꝰ. pma rō. paſſibiles qualitates dnr̄ nō qꝛ ſubiecta q̄ ſuſcipiunt illas qualitates aliqd patiātur ab eis. ſed qꝛ iferūt paſſionē ſēſibꝰ. ſed dulcedo calor ⁊ hꝫ iferūt paſſionē ſēſibꝰ. g̊ ſūt paſſibiles qualitates. maior pꝫ duobꝰ exēplis. pm ē qꝛ mel nō dr̄ dulce ꝙ aliquid ſit paſſū dulcedis vl a dulcedie. 2m exm. calor ⁊ frigꝰ non dnr̄ paſſibiles q̄litates eo ꝙ ſua ſubiecta ſint aliquid paſſa. ſed qꝛ ſingulū hoꝝ infert paſſionem ſuo ſēſui vt dulcedo ifert q̄dā paſſionē ſm guſtū ⁊ calor ſm tactū. ⁊ ſic de alijs. 2a rō. qꝛ qualitates dnr̄ paſſibiles vel ipaſſibiles qꝛ iferūt paſſionē ſenſui vel qꝛ iferunt a paſſiōe. ſꝫ albedo ⁊ nigredo et alij colores lꝫ iferāt paſſionē ſēſui. ſ. viſui tn̄ plerū q̄ inferūtur a paſſionibꝰ. g̊ colores ſūt paſſibiles qualitates. minor pꝫ qꝛ ꝑ aliq̄s paſſionē fiūt mlte mutatōes coloꝝ. erubeſcēs eni aliqs rubeꝰ factus ē. ⁊ timēs palidꝰ. ſed ꝙ hmōi colores a paſſiōibꝰ illati ſint paſſibiles qualitates ꝓbat per locuꝫ a ſilī: qꝛ colores inati cōueniētes corpi ſūt paſſibiles q̄litates. ſed colores qui iferūt ex paſſiōibꝰ ſunt ſimiles illis colorbꝰ que nālr inſūt corpori. g̊ ſilr debent dici paſſibiles qualitates. minor declaratur vno exēplo. qꝛ affectio. i. qualitas que nūc fcā eſt circa corpus per verecūdiaꝫ eadē etiā fit per nālē paſſionē. ita vt nālr color ſit ſilis. ¶ 6a ꝯo. tāgit duas differentias int paſſiōes ⁊ paſſibiles qualitates. pa ē. paſſibiles qualitates cauſant a paſſionibꝰ de difficili mobilibꝰ a ſubō. ⁊ non ſūt facilr mobiles a ſubō. ſed paſſiones cauſant a paſſiōibꝰ cito trāſcēdētibꝰ. iō ſūt facilr mobiles. 2a differētia. qꝛ paſſibiles qualitates denoiant nos quales ſimplr. non āt paſſiones. iſtas dr̄ias ꝓbat duplr. p̊ in qualitatibus corpis qꝛ palor ⁊ nigredo ꝓueniētes ex egritudie longa vel ꝓpter eſtū denoiant nos ſimplr q̄les. ⁊ ſūt de difficili mobiles. ⁊ iō dnr̄ paſſibiles q̄litates. ſꝫ palor ⁊ rubedo ꝓueniētes ex timore ſt facilr mobiles nec ſm eas dicimur q̄les. Nā ille q ꝑꝑ verecūdiā rubicūdus factꝰ ē nō dr̄ rubeꝰ. nec ille cui palor ineſt ꝑꝑ timorē dr̄ palidꝰ. ſꝫ magis aliqd paſſus. 2o pꝫ idem in qualitatibꝰ aīe. qꝛ q̄litates aīe que ſūt de difficili mobiles ſt paſſibiles qualitates ⁊ ſm eas dicimur q̄les. vt ſm iracūdiam dicimur iracūdi. ⁊ ſm demētiā dnr̄ demētes. Sed ille q̄litates que ſunt de facili mobiles ſūt paſſiōes nec ſm eas dicimur quales. qꝛ ille q iraſcit ꝓpter triſtitiam nō dr̄ iracūdus. ſed magis aliqd paſſus iō ꝑꝑ hoc tales ꝓprietates ſūt paſſiones ⁊ nō qualitates. ¶ 7a ꝯo. tangit quartā ſpēm qualitatis. et eſt hec. 4m vo genꝰ qualitatis ē forma ⁊ circa hoc aliqd ꝯſtās figura: vt rectitudo ⁊ curuitas. Et ꝙ ille ſint qualitates pꝫ. qꝛ ſm eas dicimur quales. Et ſm triāgulitatē aliquid dr̄ triangulatū. Et ſꝫ quadrationem quadratū. ſm rectitudinē rectum Et ſm curuitatē curuū. Et qꝛ aliqſ poſſet credere ꝙ iſta quatuor raꝝ. denſum. aſpeꝝ ⁊ lene eſſēt de quarta ſpē qualitatis. ideo dicit ariſto. ꝙ nō ſunt qualitates ſed ſt pōnes. pꝫ. qꝛ ſignificāt q̄dā paſſionē partiū ſicut pꝫ per ſuas diffōes. Nam ſpiſſū ē cuiꝰ ptes adiuicē ſibi ꝓpique ſūt. raꝝ vo ē cuius ptes ſibi iuicē diſtēt. ⁊ lene eſt cuiꝰ ptes in rectum iacēt. ⁊ aſpeꝝ eſt cꝰ vna pars eſt iferior ⁊ alia ſuperior. Cōcludit finalr ꝙ multi ſunt modi qualitatis. tn̄ iſti predicti ſunt principales.

Secundo dubitat. vtꝝ paſſio illata a paſſione ſit qualitas. Pro cꝰ ſolōne ponūt due difficultates. pma ē. vtꝝ paſſio inferat paſſionē. qꝛ ſi ſic. idē eēt cā ſui ipiꝰ. Ad quā rn̄det ꝙ duplr pōt capi paſſio. vno° capit paſſio ꝓ actu appetitꝰ ſenſitiui ſequēte cognitionē ſēſitiuā. vtputa cū timore ⁊ verecūdia ⁊ hꝫ ⁊ ēt ꝓ delectatione vl triſtitia ꝯn̄tibꝰ hmōi actꝰ appetitꝰ ſenſitiui. ⁊ ſic itelligitur illud qd̄ dicit ariſto. dulcedinē efficere quādā paſſionē circa guſtū. ⁊ calorē circa tactū. Alio° capit paſſio ꝓ quadā q̄litate ſenſibili ꝯn̄te hmōi actꝰ appetitꝰ ſenſitiui. q̄ qdē q̄litas eſt de difficili mobilis a ſubō. ⁊ ſic intelligr̄ illud qd̄ dr̄ in tex. ꝙ paſſio ē inferēs vel illata a paſſione. ⁊ ꝯtinet ſub 3a ſpē q̄litatis. ¶ 2a difficul. eſt qualr intelligit hō qd̄ dr̄ in textu. hmōi āt paſſiones dnr̄. qualitates vero minime. quia genꝰ ſemper p̄dicat de ſuis ſpeciebus. g̊ cū paſſio ꝯtineat ſub tertia ſpecie qualitatis de ea erit verum dicere ꝙ ſit qualitas. Ad hoc rn̄detur per diſtinctionem quia qualitas poteſt capi dupliciter. Uno modo generaliter pro quadam qualitate conſtituente ſubiectum ſiue diu permanente in ſubiecto ſiue non. ⁊ hoc modo diffinit eā in principio huiꝰ capituli. ⁊ ēt vt ſic paſſio eſt qualitas. Alio modo capitur qualitas ſtricte pro qualitate diu ꝑmanente ⁊ permanenter denominante ſubiectuꝫ ſic capit ariſto. in aſſignādo dr̄iam inter paſſibileꝫ qualitatem ⁊ paſſionē ⁊ dicit paſſionē non eē qualitatem. Et ſi vlterius diceretur ꝙ ſm paſſionem non dicunt quales ſed aliquid paſſi. ergo nullo mō paſſio eēt qualitas. Rn̄det ꝙ ſm paſſionem dicit

quales a q̃litate p̃ mõ ſ꜡ ñ ſcđo mõ. ¶ Preterea circa textũ icidit vna alia difficultas. quõ dr̃nt forma ⁊ figura. Rñdet̃ ꝙ dr̃nt ſicut ſupi⁹ ⁊ iferi⁹. q꜡ figura ↄuenit tã aĩatis ꝙ̃ inaĩatis. ſed forma ↄuenit tm̃ aĩatis. primu꜡ p꜡. q꜡ figura eſt termin⁹ ſiue clauſio rei quãte. talis aũt clauſio indr̃nter ↄuẽit tam aĩatis ꝙ̃ iaĩatis. g̃ ⁊c̃. z^m p꜡. q꜡ forma ẽ pl̃chritudo ſiue turpitudo ſm̃ quã aliqs dr̃ nõ format⁹. ſ꜡ formoſus aut turpis. mõ talis formoſitas ſolu꜡ ↄuenit aĩatis. g̃ ⁊c̃. Dicũt tñ aliqui ꝙ ariſto. in ꝓpoſito capit formã ⁊ figurã ꝑ eodẽ ita ꝙ iſta diũctio ⁊. teneat̃ expoſitorie ita ꝙ ſit ſenſus. 4.^m gen⁹ q̃litatis eſt forma. ideſt figura ↄſtans circa corpus. Et huius rõ põt eſſe q꜡ tam forma ꝙ̃ figura dñr eſſe termini qualitatis. mõ termini qualitatis cõtinẽt̃ in quarta ſpecie qualitatis.

Tertio dubitat̃. vtꝝ predcẽ quatuor ſpẽs q̃litatis ſint adiuicem realr̃ diſtincte. Ad du^m rñdet̃ duplr̃. p̃ negatiue: ſed tm̃ ſũt quatuor modi q̃litatis explicãtes diuerſas quatuor habitudines qualitatis ad ſbm̃. que qdem hitudines plures pñt eẽ in eodẽ ſubõ. vt color ↄpat⁹ ad ſbm̃ tanꝙ̃ ꝑficiens ipm dr̃ eẽ in p̃ma ſpẽ qualitatis ſ꜡ inꝙ̃tum ẽ p̃n^m actionis realis ẽ in ſecũda ſpẽ qualitatis. put ãt eſt p̃n^m operationis immutationis ſenſus tunc reponitur in tertia ſpeciẽ qualitatis: Et iſti dicũt dr̃iam eẽ inter modũ ⁊ ſpẽm. q꜡ ſpẽs addit dr̃iam eẽntialẽ ſup̃ illud c⁹ ẽ ſpẽs. ſed mod⁹ addit tm̃ dr̃a꜡ accñtalẽ ſup̃ illud reſpcũ c⁹ dr̃ modus. vt albũ ⁊ nigrum dñr eẽ modi reſpcũ hoĩs. eo ꝙ ſup̃ hoĩe꜡ nõ addũt niſi dr̃iam accñtalẽ que ẽ albedo vel nigredo. z⁹ rñdet̃ ad du^m affirmatiue ⁊ ad apparẽtiã alioꝝ dr̃ ꝙ loco dr̃iaꝝ eẽntialium nobis ignorataꝝ vtit̃ ariſto. illis dr̃ijs accñtalibus que ſũt facil̃r vel difficil̃r mobiles eẽ p̃n^m operandi. inferre paſſionẽ ſẽſui. ⁊ exteri⁹ diſponere ſbãm ⁊ per illas dr̃ias accñtales ſic poſſẽt diſtigui quatuor ſpẽs qualitatis q꜡ tam forma ꝙ̃ figura exterior eſt diſpõ ſubſtãtie ⁊ paſſio ⁊ paſſibilis q̃litas ẽ per ſe imutatiua ſenſus. ſed nãlis potẽtia vel ipotẽtia eſt q̃litas que eſt per ſe p̃n^m naturale operãdi vel patiẽdi. ſed p̃ma ſpẽs que ẽ habit⁹ ⁊ diſpõ ñ videt̃ per ſe ſumi ab aliqua dr̃ia poſitiua. ſed ſolũ a priuatione dr̃iarum trium predcãrum ſpẽꝝ ita ꝙ illa qualitas que eſt facil̃r vel difficil̃r mobilis a ſubõ. nec ẽ diſpõ exterior ſubi nec ꝑ ſe p̃n^m nãle agendi vel patiendi. nec ẽt eſt per ſe imutatiua ſẽſus. q꜡ talis q̃litas dr̃ eſſe prima ſpẽs qualitatis: Et l꜡ iſte dr̃ie ſint accñtales tamẽ forme ſubſtracte illis dr̃ijs accñtalibus ſunt differentie eẽntiales eẽntialr̃ diſtiguẽtes ſpẽs qualitatis inter ſe.

Ad rationes ante oppoſitu꜡. Ad p̃ma꜡ dr̃ ꝙ ſolutõ patuit in p̃ notabili. Sed ꝑ ſecũda rñſiõe ſupponit̃ ꝙ ariſto. qnto metha. enũerat quatuor modos qualitatis. primus ẽ ſ꜡ quẽ dr̃ia ſbãlis cõſtitutiã ſpẽi q̃litat꜡. z⁹ ẽ forma ⁊ circa hoc aliqd ↄſtãs figura. Terti⁹ ẽ paſſio ⁊ paſſibilis qualitas. Quart⁹ vero mod⁹ eſt hit⁹ ⁊ diſpõ. ſuper quo dicit ↄmẽtator ꝙ nãlis potẽtia vel impotẽtia ſunt quedã preparatõẽs vel quedã potẽtie. vt aũt ſunt potẽtie ↄtinentur ſub quarto modo. ſed vt ſunt quedã prepatõẽs tũc nõ ſũt niſi quedã ꝓuationes impedimẽtoꝝ nec ſunt aliqd poſitiuum. ideo nõ enũerant̃ inter predcõs modos. Dicũt tñ quidã ꝙ nãles potẽtie vel impotẽtie ſũt quedã habilitates ſiue reſpect⁹ fũdamẽtales nõ diſtincti realr̃ a ſuis fũdamẽtis. iõ nõ ponunt̃ i alio predicamento a ſuis fũdamẽtis. Dicũt vlterius ꝙ tales nãles potẽtie vel ipotẽtie ſũt quedã paſſiões eoꝝ ſup̃ quib⁹ fũdant̃. iõ nõ faciũt predicamẽtu꜡ diſtictum nec ſpẽm predicamẽti diſtictã a ſuis fũdamentis. ¶ Ad tertiã dicitur ꝙ ſi calor capiatur cũ illa ꝑciſione que eſt p̃ncipiũ operandi. tũc eſt i z^a ſpecie qualitatis. Et ſi capiatur vt eſt q̃litas imutatiua per ſe ſenſus preſcindendo ab alijs differẽtijs tunc eſt in tertia ſpecie qualitatis. Sed ſi capiatur vt eſt qualitas permanẽs ⁊ perficiẽs ſubm̃ preſcindendo a quibuſcunꝙ̃ differentijs aliaru꜡ ſpẽꝝ tunc eſt in prima ſpecie. ¶ Ad quartam dicit̃ ꝙ curſor ⁊ pugillator poſſunt denoĩari a qualitatib⁹ permanentibus non naturalr̃ innatis ſ꜡ acquiſitis. ⁊ tunc ponunt̃ in prima ſpecie q̃litatis. vl̃ poſſunt denoĩari a qualitatibus permanentib⁹ nõ acquiſitis ſed naturaliter iexiſtẽtib⁹: ⁊ ſic ſũt in ſecunda ſpecie qualitatis. Et hec de queſtione.

Queritur Utrum q̃litati ſit ꝓꝓ̃u꜡ hr̃e ↄ̃rium ⁊ ſuſcipe magis ⁊ min⁹. ¶ Arguit̃ p̃ cõtra p̃mã partẽ q꜡ qualitas nõ põt eẽ termin⁹ ad quẽ motus. ergo nõ habet contrarium. ↄña tenet q꜡ omnis motus fit de cõtrario in cõtrariũ ⁊ de q̃lib꜡ ↄtrario in ſuũ cõtrariũ contingit motu꜡ fieri. añs patet quia in alteratione que eſt mot⁹ ad qualitatẽ ꝑus o꜡ terminum a quo corrumpi ⁊ t̃minu꜡ ad quẽ acqri. ⁊ per ↄñs non poterit terminare motum. minor patet quia qualitas in termĩo a q̊ corrũpit̃ per remiſſionem graduũ eius. ſ꜡ cuiuſlibet forme intenſibilis vel remiſſibilis ĩfiniti ſũt grad⁹. ergo per remiſſionem nunꝙ̃ deueniet̃ ad vltimu꜡ gradum qualitatis remiſſibilis. Et cũ i quol꜡ g̃du

saluetur rō formal' qualitatis remissibilis. seq̄t φ nō poterit corrūpi forma per remissionē graduū ei⁹. ꝛ per ɔ̄ns qualitas in termino a quo nō potest corrūpi. ¶ Arguitur z°ɔ secūdā pte q̄ꝛ iustitia sanitas ꝛ egritudo sūt qualitates ꝛ tn̄ nō suscipiunt magis ꝛ minus. cū vna iustitia n̄ sit magis iustitia q̄ꝫ alia. vt dr̄ i textu. ergo qualitas nō suscipit magis neq̄ꝫ min⁹. ¶ In opp^m est aristo. in textu.

Primo sciēdū est φ p itellectu quesiti ponitur vna distin⁹ ꝛ vnū dem̄. Distinctio est hec. duplices sūt gradus forme. quidā sūt gradus specifici. alij sūt gradus indiuiduales. vn̄ grad⁹ specificus est vltima pfectio eēntial' ɔstitutiua eēntial'r speciei. sed grad⁹ idiuidualis est q̄daꝫ portio pfectōis essētialis forme specifice ɔstitutiua eēntial'r idiuidui. ¶ Dem̄ est istud. aliqua qualitas necessario hꝫ grad⁹ eiusdē rōis cōpossibiles i eadē parte subiecti. p̄ma pars pꝫ q̄ꝛ impo'e ē forma aliquā real'r plurificari in plurib⁹ nisi sit diuisibilis in plures ptes. sed aliq̄ qualitas vtputa albedo est real'r plurificabilis i plures albedies. ḡ necessario erit diuisibilis i plures partes ſꝫ illas plures albedines. tales aūt partes i pposito vocātur gradus. ergo aliqua qualitas necessario hꝫ grad⁹. z^a pars pꝫ. s. φ sint eiusdē rōis. q̄ꝛ in hoc distiguūtur grad⁹ specifici a gradib⁹ idiuisibilib⁹: q̄ꝛ grad⁹ specifici eo φ sūt alteri⁹ ꝛ alteri⁹ rōis ɔstituunt diuersas spēs. ergo ad destructōem ɔ̄ntis si gradus ididuales nō ɔstituāt diuersas spēs sed tm̄ diuersa indiuidua sub eadē spē. sequit̄ φ erūt eiusdē rōnis. 3^a pars pꝫ. s. φ sint ɔpossibiles in eadē pte subiecti. q̄ꝛ eadē albedo numero que pri⁹ in eadē pte subi est remissa in eadē pte posteri⁹ est itēsa ꝛ eɔ. ḡ grad⁹ remissionis ꝛ grad⁹ itēsiōis se ɔpatiūtur i eadē parte subiecti.

Secundo sciēdū ē φ in ista secūda pte p̄ncipali determinat aristo. de cōcreto qualitatis. s. de q̄li: ꝛ itēdit vnā ɔclōeꝫ. ꝛ est h̄ Qualia vo eē dr̄ illa ɔcreta que ſm qualitates p̄dictas dr̄ denoiatiue vel q̄uolibꝫ aliter ad aliud dr̄ denoiatiue ab ipis q̄litatib⁹. Hāc ɔclōem pro vtraq̄ꝫ parte sui declarat ari. ꝛ p̄ p̄mā per tria exēpla q̄ꝛ grāmatic⁹ dr̄ denoiatiue a grāmatica ꝛ iust⁹ a iustitia. ꝛ cādid⁹ a cādore. z° declarat secūdā partē. s. φ aliqua dr̄ qualia a predcis qualitatib⁹ al'r q̄ꝫ denoiatiue. quod ɔtigit dupl'r. p̄ q̄n abstracto n̄ ē nomē ipositum vt cursoꝛ ꝛ pugillatoꝛ ſm φ dicūt n̄ales potētias a nulla qualitate dr̄ denoiatiue q̄ꝛ ſm φ huiusmodi abstractis eoꝝ nō ē nomē impositum. sed ſm φ cursoꝛ ꝛ pugillatoꝛ dicūt dispositionē vel habitū tūc abstractis eoꝝ a quib⁹ dicuntur denominatiue ē nom̄ impositum vt a disciplina disciplinatoꝛes ꝛ a pugna pugnatoꝛes. secūdo qualia dr̄ nō denoiatiue quādo abstracto est nomen impositum. sed tamē ɔcretum nō debite formatur ab abstracto. vt studiosus dicitur nō denominatiue a virtute. ¶ Consequenter in tertia parte p̄ncipali determinat aristo. de ppietatibus qualitatis ꝛ cōtinet tria pūcta. In quorum p̄ intendit tres cōclusiones. quarum prima est. qualitatibus inest cōtrarietas. probatur tam in qualitatibus q̄ꝫ in qualibus. In qualitatibus quidē sic: quia iustitia contrariatur iniustitie ꝛ albedo nigredini. In qualibus vero sic probat̄ quia iustum ɔ̄riatur iniusto ꝛ album nigro. ¶ Secūda cōclusio est hec. nō omnis qualitas habet ɔ̄riuꝫ: quia rubeum pallidum ꝛ ceteri colores medij nō habēt ɔ̄rium. ¶ Tertia cōclusio ē hec. si vnū ɔ̄rioꝝ fuerit q̄le reliquū erit quale. pbat̄ exemplo q̄ꝛ si iniustitia ɔ̄riatur iustitie ꝛ iustitia sit qualitas. ita iniustitia erit qualitas. q̄ꝛ nec erit quātitas nec ad aliq̄d nec vbi nec aliquid eoꝝ que nō sūt qualitates: ḡ erit qualitas. ¶ In secūdo pūcto tāgit secūdā pprietatē qualitatis ꝛ intendit tres cōclōes. p̄ma ē. qualitas suscipit magis ꝛ minus. pꝫ trib⁹ exēplis. q̄ꝛ album est magis ꝛ min⁹ albū. ꝛ vnū calidū ē magis vel min⁹ calidū altero. ꝛ sil'r iustū. ¶ z^a ɔ° est. hec ppetas nō ɔuenit oib⁹ q̄litatib⁹. pꝫ q̄ꝛ aliquis pōt dubitare vtꝝ iustitia suscipiat magis ꝛ min⁹. q̄ꝛ iustitia nō videt̄ magis ꝛ min⁹ iustitia: nec sāitas. nec etiam grāmatica. Et lꝫ eoꝝ qualia indubitāter suscipiāt magis ꝛ min⁹. q̄ꝛ vnus homo idubitabil'r ē iustioꝛ ꝛ sanioꝛ altero. tn̄ eoꝝ abstracta nō vident̄ suscipere magis ꝛ minus. vt vna sanitas nō ē magis sanitas q̄ꝫ alia. ¶ 3^a ɔ°. qualitates de quarta specie qualitatis nō suscipiūt magis ꝛ minus. q̄ꝛ triāgulus ꝛ q̄driangulus nō suscipiūt magis ꝛ minus nec i cōcreto nec in abstracto. ergo ꝛc. aɔ̄ns pꝫ q̄ꝛ oēs qualitates de quarta spē qualitatis recipiunt rōnem circuli vel trianguli. vel recipiūt rōem alicui⁹ alterius figure. sed ille figure que recipiūt rōem circuli vel triāguli nō suscipiūt magis neq̄ꝫ min⁹. ḡ a sil'i neq̄ꝫ alie que suscipiūt hm̄oi rōes. minoꝛ pꝫ q̄ꝛ q̄cūq̄ꝫ recipiūt equal'r rōeꝫ circuli vl' triāguli sūt equal'r circuli vel triāguli. sed q̄cūq̄ꝫ recipiūt rōem triāguli vel circuli recipiunt eam equaliter. ergo sunt equaliter circuli vel triāguli. ꝛ per ɔ̄ns nō suscipiūt magis neq̄ꝫ minus.

Tertio sciēdum est φ circa hunc textuꝫ incidūt due difficultates. pria ē. vtrū

quale ⁊ qualitas ⁊ gn̄alr̄ abstractū ⁊ ꝯcretū faciāt diuersa p̄dicamēta. Rn̄def p̄babilr̄ ꝙ nō q2 vnū q̄ꝺq3 reponit̄ in p̄dicamēto ſm ſuā eēntiā. mō abstractū ⁊ ꝯcretū eādē eēntiā iportāt. ⁊ ſolū dn̄t p ꝯnotata. ergo nō faciūt distīcta p̄dicamēta. ¶ z^a difficul. vtꝝ qualitati in abstracto designate ꝯuēiat ſuſcipere magis ⁊ min⁹. Rn̄def ab aliq̄b⁹ negatiue. ſed quecūq3 forma ſuſcipit magis ⁊ minus p habitudinē ad ſubm̄ qḋ informat. qḋ ꝯfirmatur ꝯn̄r trib⁹ auctoritatib⁹. p̄ma auctoritas eſt auctoris ſex p̄ncipioꝝ qui dicit ꝙ forma eſt in ſimplici ⁊ īuariabili eſſētia exn̄s. Secūda ē ariſ. 8°. metha. vbi vult ꝙ forme ſint fūdamentalr̄ ſicut numeri. ita ꝙ ſicut numer⁹ ſtat in īdiuiſibili ſic ꝙ nihil ſibi pōt addi vel remoueri q̄n varief ſpēs nūeri. ſic eſt ꝙ forma eſt indiuiſibilis cui nō pōt aliq̄d addi vel remoueri q̄n varief forma ſpecifica. Tertia ē in p̄dicamētis ⁊ ē auctoritas ariſto. vt argutū ē ante opp^m. S3 ab alijs rn̄def p vnā diſtictōe3 q2 forma abſtracta a ſubō pōt duplr̄ ꝯſiderari. vno° ſm gradū eius ſpecificū p̄ciſe vt. ſ. p̄ſcindit a ſuis ſuppoſitis. ⁊ tūc nō ſuſcipit magis ⁊ min⁹. ſed ē indifferēs ad oēm gradū īdifferēter. ⁊ ſic de ſe nullū h3 p̄n^m. Alio° pōt ꝯſiderari forma ſ3 grad⁹ ſuos īdiuiduales quos h3 in ſuis ſuppoſitis. ⁊ ſic ſibi ꝯuēit ſuſcipere magis ⁊ minus. verūtn̄ hmōi grad⁹ īdiuiduales nō ſūt de eēntia forme l3 cū ea ſint idē eēntialr̄ ſed ſūt ex̄ ꝯceptū formalē ip̄i⁹ forme a quib⁹ for^a q̄ditatie p̄ſcidit ⁊ abſtrahit. ⁊ ad duas p̄mas auctoritates dr̄ ꝙ intelligitur de forma ꝯſiderata q̄ꝫtū ad ei⁹ eē ſpecificū ⁊ eē quiditatiuū ei⁹. Et ad ari. i p̄dicamētis dr̄ ꝙ ariſto. locut⁹ ē de forma ſ3 ꝙ ſibi ꝯpetit exiſtere. Et q2 qualitas nō exiſtit nāl̄r ſine ſbō: ideo dicit qualitatē ſuſcipere magis ⁊ minus ſm eē quod h3 in ſubiecto ⁊ ꝯcretiue. Uel poteſt dici ꝙ ibidē ariſto. loquit̄ cu3 ambiguitate vt clare patet intuenti.

Conclusio rn̄ſalis. p̄priū eſt qualitati habere ꝯ̄riū ⁊ ſuſcipe magis et min⁹. p̄baf q2 oīs forma hn̄s plures gradus ꝯpoſſibiles ī eadē p̄te ſubī ſuſcipit magis ⁊ min⁹. ſ3 q̄litas eſt hmōi vt patuit ī p̄° notabili. ḡ ſuſcipit magis ⁊ min⁹. Et ꝙ habeat ꝯ̄riū patuit in z° notabili.

Primo dubitat̄. vtꝝ idē vniuoce ꝯtineat̄ in gn̄e relatōis. ⁊ ī gn̄e qualitatis. p ſolōe h⁹ ſupponēdū ē ꝙ ariſto. in hoc 3° pūcto ꝺ̄ t̄miat ꝺ̄ 3^a p̄prietate q̄litatis ⁊ ꝯtiet tres ꝯclōes q̄ꝝ p̄ma ē hec. p̄p̄um eſt q̄litati ſm eā ſil̄e vel diſſimile dici. et ꝙ h̄ ſit maxime propriū p3 q2 ſ3 ſolas q̄litates dr̄ aliquid ſil̄e vel diſſil̄e. ergo p̄p̄ū ē qualitati ſm eā ſil̄e ⁊ diſſil̄e dici. ¶ Secūda ꝯ° tangit quādā dubitationē q2 poſſet aliq̄s credere ꝙ ari. inſufficiēter determinauit de relatiuis eo ꝙ determinādo de qualitate multa interpoſuit de relatis nam prius dictum eſt ꝙ habitus ⁊ diſpoſitio ſunt ad aliquid. ⁊ dicit̄ h̄ ꝙ ſunt ī p̄ma ſpē qualitatis. ¶ Tertia cōcluſio tangit duas ſolutiones predicte dubitationis. quaꝝ prima eſt ꝙ ad aliq̄d dr̄ eſſe duob⁹ modis. vno modo ſ3 ſuū genus. ⁊ iſto° habitus ⁊ diſpoſitio ſūt ad aliquid. Alio modo dicit̄ aliquid eſſe in genere ſm ſe. ⁊ ſic habit⁹ ⁊ diſpōes ſunt in genere q̄litatis. ⁊ ita nō eſt incōueniēs gn̄a eſſe ad aliq̄d cum tn̄ ſingula illoꝝ generum. ſ. ſpēs ⁊ indidua non ſūt ad aliquid. vt diſciplina eſt ad aliquid. q2 eſt alicuius diſciplina. ſed grāmatica nō ē ad aliq̄d q2 nō ē alicuius grāmatica. l3 ſit alicui⁹ diſciplina. ſimiliter muſica non dr̄ alic⁹ muſica. ſed alic⁹ diſciplina. z° ſoluit̄ p̄dcā dubitatio p intereptionē. q2 nō ē īcōueniēs idē eē quale ⁊ relatiuū. ⁊ iō nō ē īcōueniēs enumerari in vtriſq3 gn̄ibus. Dr̄ tn̄ extra textum ꝙ ſi aliq̄d iplicet in ſe rōnes diuerſōꝝ geneꝝ predicamētaliū nō debet poni ſpecies alicuius illoꝝ geneꝝ vt vult ariſt. quarto thopicoꝝ. ſed o3 ſibi aſſignare gen⁹ cōpoſitū ex rōnib⁹ illoꝝ predicamētoꝝ ſimpliciu3. Et ideo ad ariſtotelem poſſet dici ꝙ hic loquitur dubitatiue nihil aſſerendo. vel ꝙ intendit ꝙ aliquid ide3 pōt eſſe proprie de vno genere ⁊ improprie de alio genere ſicut habitus ⁊ diſpoſitiones proprie ſunt de genere qualitatis. l3 improprie poſſent dici de genere relationis. ⁊ poſſent vocari relatiua ſecundū dici. ⁊ ſic de alijs.

Secundo dubitat̄. Utꝝ forma remiſſa et poſterius intenſa maneat ide3 in nūero. Et vr̄ [illegible] q2 ſi ſic ſequeret̄ ꝙ idē nūero bis gn̄aret̄. l3 ꝯn̄a q2 per oē3 motū gn̄af terminus ip̄ius motus. ſed per motū remiſſionis generatur forma remiſſa. ⁊ per motum intenſionis generatur forma intenſa. ergo ſi forma intenſa ⁊ forma remiſſa ſunt vna for^a nūero. ſequitur ꝙ idē numero bis generabitur. ¶ In oppoſitum tamē arguitur. quia niſi ſic. ſequeretur ꝙ aliquid haberet eſſe de nouo. cuius tamen non poſſet aſſignari aliqua cauſa per ſe. quod eſt īconueniēs. Tenet conſequentia. quia ſi ab aliquo calido remittat̄ frigidū decē graduū in vno gradu. tūc corrupto x° g̃du remanet frigidū rēiſſu3. 9. g̃duū qḋ accepit eē de nouo cū p̄uſ nō fuerit. ex q° ē aliud

numero a frigido decem graduū. ꝛ tñ illi⁹ frigidi nouem graduū: nō vr̄ esse aliqua cā p se. ergo ꝛc. minoꝛ pȝ qꝛ vel causatur p se a calido remittēte d cimum gradum. sed hoc non. qꝛ nullum contrariū ē cā p se cōtrarij. vel causatur a frigido. sed hoc nō qꝛ vel hoc eēt a frigido pcedēte vel a frigido seqn te. sed hoc nō qꝛ existēte frigido nouē graduū non āplius est frigidū pcedēs. ꝛ nōdū est frigidū seqns. vel causat̄ ab aliquo frigido circūstante ꝛ pn̄te. sed hoc nō qꝛ poss̄e est ꝙ nullū sit ibi pn̄s. quare relinqui tur ꝙ a nullo cābit̄ cū nō videat̄ aliqd aliud a quo posset cāri. Et ad postremā rōnem r̄ndetur ꝙ per mo tum itentiōis lȝ acqratur nou⁹ gradus nō tñ noua forma. qꝛ vt patuit i pdicamēto sube lȝ vnus gra dus ab alio sepatus sit forma. tñ vt est cōiunct⁹ nō est forma sed solū ē po⁹ perfectionis forme. ꝛ iō in motu quo res pficit̄ vel maioratur nō acqrit̄ simpl'r nou⁹ termin⁹ lȝ rō terminādi possit nouiter acqri.

Tertio dubitat̄. Que sit pcisa rō suscipiēdi magis ꝛ min⁹. Ad qd̄ varijs opinio nibus ōmissis pbabil'r r̄n̄r. ꝙ rō pcisa suscipiendi magis ꝛ minus est latitudo graduū i forma speci fica cōpossibiliū i eadē pte subi. pȝ qꝛ nihil extrīse cū forme vr̄ eē pcisa cā suscipiendi magis ꝛ min⁹ ergo aliqd intrinsecū erit hȝ cā. sed nō aliqd qd̄ sit de conceptu formali qꝛ ex quo tot⁹ ille cōcept⁹ in cludit̄ formal'r i q̄lib; idiuiduo forme seq̄ret̄ qꝛ qd̄ lib; indiuiduū seorsū hēret oēs pfectiōes forme. ḡ sibi cōuenit p aliqd qd̄ sic est intrīsecuȝ forme ꝙ nō ē extrīsecū aut accidētale respcū illi⁹ forme cȝ sīt gradus ergo ꝛc. añs pncipale pȝ qꝛ qocūꝗ extrin secum forme denoīatur a maioritate vel minori tate ipi⁹ forme vt puta subm dicit̄ magis vel mi nus albū a maioritate vel mioritate forme albedi nis i eo existētis. Et cōf'rmatur p simpliciū i pdica mētis i capitulo de q̄litate. vbi cōmendat archit; dicēs sic. mirabilis archites breui sermōe cām e⁹ qd̄ suscipit magis ꝛ mius isinuat dicens qualitas enim ifinitatē quādā pticipat. ideo fm rōnē ei⁹ hȝ ꝙ suscipiat magis ꝛ minus nō ex pticipātibus. ex quibus verbis pȝ clare ꝙ qualitas suscipiat ma gis ꝛ minus pp suam infinitatem. hec autē infini tas non videtur esse nisi quedam latitudo gradu um vel illimitatio forme.

Ad rationes Ante oppositum. Ad pmā dr̄ ꝙ sicut i lińea sīt duplices ptes. quedā sūt potentiales sicut sūt ptes eiusdem pportionis ꝛ ille sunt ifinite. Alie sūt ptes actua les que dicūtur ptes eiusdē q̄ntatis. Et iste sunt fi nite. sic etiā i latitudie forme sūt quidā gradus po tētiales qui sūt ifiniti. Et alij sūt gradus actuales qui sunt finiti. ¶ Ad secūdam patet solutio i scdo notabili. Et hec de tractatu qualitatis.

Queritur Utrū habere contrari um ꝛ suscipere magis ꝛ min⁹ cōueniēter assignētur proprie tates predicamētorum actionis ꝛ passi onis. ¶ Arguitur primo cōtra suppositū. qꝛ que cūꝗ sūt idē realiter ꝛ numeral'r nō sūt pdicamen ta disticta. sȝ actio ꝛ passio sūt idē real'r ꝛ numera liter. ergo nō sunt pdicamēta disticta. maioꝛ pȝ qꝛ pdicamēta distinguūtur genere. ḡ nō sūt idem nu mero. mioꝛ pȝ qꝛ actio ē act⁹ actiui. ꝛ passio est ac tus passiui. sed idem numero est actus actiui ꝛ pas siui. pȝ p aristotelē scdo de aīa. igitur actio ꝛ passio sūt idē real'r numeral'r. ¶ Arguitur scdo ꝙ non habeāt cōtrarium qꝛ actio ꝛ passio n̄ pn̄t esse termi ni mot⁹. ḡ n̄ hn̄t ɔtrariū. tȝ ɔn̄a qꝛ d q̄lib; ɔtrario ɔtingit moueri in aliud ɔtrarium. añs pȝ p aristo. 3⁰ phisicorum vbi vult ꝙ ad actionem n̄ ē motus p se qꝛ si sic motus esset motus. Et p idē pbatur ꝙ n̄ suscipiūt magis ꝛ mius qꝛ oīs forma itensibilis vel remissibilis pōt esse p se termius motus sed ac tio ꝛ passio nō pn̄t esse termini motus. ergo n̄ susci piūt magis ꝛ mius Jn oppositū est aristo. i textu.

Primo sciēdum ē ꝙ p declaratiōe quesi ti ponūt̄ tres distictiōes. ¶ pria ē h. duplex ē respect⁹ qdā est respect⁹ itrisec⁹ adue niēs q ɔsurgit imediate posito fūdamēto ꝛ termio Alius est respectus extrinsec⁹ aduenięs qui non cōsurgit imediate posito fundamēto ꝛ termino. sȝ requiritur aliqua alia dispositio vt puta approxi matio termioꝝ vel huiusmodi. ¶ Scda distictio. duplex est actio. quedam ē transiēs. ꝛ ē illa q̄ d se respicit terminū. vel est illa q̄ ē p se pductiua alic⁹ termini. ꝛ talis actio ē de pdicamēto actiōis. alia ē actio imanēs q̄ de se n̄ respicit aliquē t'minū. ꝛ ē qdā q̄litas se hn̄s p modū act⁹ scdi nulli⁹ termini pductiua sȝ ipa est finis ꝛ termin⁹ pductiu⁹. ꝛ tal' actio ē de genere qualitatis. ¶ 3ª distinctio ē. du plex ē actio. qdā est q̄ nihil aliud ē q̄ respect⁹ quo agens refertur ad patiēs. ꝛ ista est pdicamētuȝ di stinctū a passione. Alia ē actio acta q̄ est qdam effe ctus prioris actionis. ꝛ illa identificatur real'r cuȝ passiōe. Et istam distinctionē vr̄ ponere simplici⁹ sup pdicamēta querēs quare facere ponit̄ in pre dicamēto ꝛ nō actio. Ad qd̄ respondet ꝙ ideo ē ꝙ factio dr̄ de actione ꝛ de effectu actionis. Ex quo sequit̄ ꝙ effectus actionis est factō. ꝛ non illa q̄ ē predicamentum sed factio facta.

Secundo sciendum est. ꝙ in hoc capitulo se expedit aristoteles de sex vltimis predicamentis. ⁊ continet duas conclusiones. ¶ Prima tangit duas proprietates actiōis ⁊ passionis. ⁊ est hec. Recipit aūt facere ⁊ pati cōtrarietatem. et etiā magis ⁊ minus. p̊ma ps pꝫ. qꝛ calefacere ⁊ frigefacere sunt cōtraria. similiter calefieri ⁊ frigefieri. ⁊ tñ ista sunt agere ⁊ pati. ergo agere ⁊ pati habent cōtrarium. Secunda pars pꝫ qꝛ aliquid dr̄ magis vel minus calefacē. ⁊ aliquid magis ⁊ minus calefieri. sed ista sunt agere ⁊ pati ergo agere ⁊ pati suscipiūt magis ⁊ minus. In secunda conclusione breuiter se expedit de quattuor vltimis p̄dicamentis. ⁊ est hec. de situ dictum ē ī p̄dicamēto ad aliqd. De alijs aūt nihil dicitur nisi ea que dicta sūt ī p̊mo capitulo huius tractatus. s. ꝙ habere significat habituatum eē vel calciatum esse. ⁊ vbi significat esse in loco ⁊ sic de alijs. Et iō ista que dicta sūt sufficiunt de istis generibus. ⁊ dicendum est quot sūt modi oppositionis.

Tertio sciendum est. ꝙ circa hunc textum incidunt due difficultates. ¶ Prima est. quid ē actio ⁊ quid ē passio. rn̄det ab auctore sex p̄ncipiorum ꝙ actio est forma accidentalis secūdum quam in id qđ subijcitur agere dicimur. ⁊ passio est effectus illatioq; actionis. ¶ Secūda difficultas. vtꝝ calefacere ⁊ frigefacere contrariētur. Et vr̄ ꝙ non. qꝛ conueniunt simul eidem subo gº n̄ contrariātur. Añs pꝫ de aqua tepida cui si imp̄oatur manus frigidissima ip̄aꝫ calefaciet. Si vo sibi ponatur manus calidissima ip̄aꝫ frigefaciet. respōdetur ꝙ calefacere ⁊ frigefacere p̄ñt dupl'r cōsiderari. Uno modo ꝓ p̄ se significato qđ ē ip̄a calefactio actiua. ⁊ sic non contrariantur. Alio modo possunt capi pro denoīato siue ꝓ fūdamēto illaꝝ actionū q̄ sūt calefactio ⁊ frigefactio. ⁊ sic ꝯriant̄. Et ratio distictionis est. qꝛ nulli respectui īquātuꝫ r̄spect⁹ cōpetit habeř ꝯtrariū nec suscipeř magis ⁊ minus. sed tantum sibi conuenit per accidēs rōe scilicet fundamenti vl' termini. vt si sint duo alba in alio ⁊ in alio gradu ꝓpť itēsionē vel remissiōeꝫ alicui⁹ illarū albedinū intenditur vel remittitur similitudo que est inter duo alba.

Conclusio responsalis. actio transiēs formaliter accepta. s. ꝓ respectu agentis ad passum. ⁊ passio sunt predicamenta distincta quibus per accidens insunt predicte proprietates. Prima pars patet: quia habent sub se genera ⁊ species ⁊ nō habent aliquod genus supra se: et habent etiam diuersos modos denominandi substantiam agentem vel patientem. ergo sunt predicamenta distincta. Secunda pars patet in secundo notabili. ⁊ ꝙ eis conueniant per accidens patet ex tertio notabili.

Primo dubitatur. Utrum actio ⁊ passio sunt entitates formaliter absolute vel respectiue. ⁊ videtur p̊ de actione ꝙ sit entitas absoluta. quia nullus respect⁹ est finis. ⁊ vltia perfectio potentie actiue. sed actio ē vltima perfectio ⁊ vltimus finis potentie actiue secuudum aristoteleꝫ nono methaphisice. vbi dicit non eniꝫ videmus vt visum habeamus. sed econtra. ideo habemus visum vt videamus. Ad dubium respōdetur ꝙ sunt respectus extrinsecus aduenientes quod probatur. quia illud quod essentialiter ē ad aliud est essentialiter respectus. Sed actio est essētialiter ad aliud. Nam impossibile est concipere actionem quin concipiatur aliquid quod fit per ipsam. modo dicit Aristoteles in predicamento relationis ꝙ illud quod non potest in se cōcipi nullo alio ꝯcepto est essentialiter relatio. ğ actio erit essētialiter respectus. Et cōfirmatur quia oīs forma absoluta que potest ab agente naturali produci in subiecto ꝓducit̄ mediāte actione de predicamento actionis. Si igitur actio sit forma absoluta ⁊ ꝓducat̄ ab agēte naturali in subiecto ꝓducetur mediante actione ⁊ sic actionis erit actio qđ ē falsum. Sed ꝙ sit respectus extrīsecus aduenīēs pꝫ quia nō cōsurgit immediate positis termio ⁊ fūdamento. qꝛ posita potentia naturali actiua ignis ⁊ potentia passiua aque nōdum erit actio nisi adinuicem approximentur. Ponunt tamē quidā alio modo differentiam inter respectum intrinsec⁹ aduenīētem ⁊ respectum extrinsecus aduenīētem. quia respectus extrinsecus adueniens est ille c⁹ alterum extremorum est perfectio extrinseca alterius. vt agens aliquo modo extrinsece perficit passum ⁊ locus locatum. ⁊ habitus fundamētum suū ⁊ quādoq; rē temporalem. sed respectus intrinsecus adueniens est ille cuius alterum extremum nō perficit extrinsece alterum sicut patet discurrendo per omnes modos relationis. Nō enim duplum perficit dimidiuꝫ nec ecōtra. licet relatio dupli sit perfectior relatione dimidij. Similiter patet inquātum pater nō perficit filium lꝫ perficiat ip̄m per actum generationis per quē fili⁹ accipit eē. nō tñ perficit ip̄m per respectum paternitatis. Et ad rōnem factam in oppositum rn̄det̄ per distinctōeꝫ maioris quia respectus potest dupl'r considerari vno modo sm̄ se ⁊ formaliter. vt. s. excludit suum

terminū ſicut calefactio excludit calorē gēitū. ⁊ ſic nullus reſpectus eſt vltima pfectio nec finis alicu ius. alio mō cōſiderat̄ reſpect⁹ non vt excludit. ſed vt includit aliquo mō t̄minum quem attingit. ⁊ ſic actio vel etiam reſpectus pōt eē vltia pfectio rei rōne termini quem attingit:

Secundo dubitatur. Utꝝ actio formalr̄ ⁊ ſubiectiue ſit i agente ⁊ paſſio in ipō patiente. ⁊ vr̄ ꝙ non. qꝛ ſi ſic. ſequeret̄ ꝙ agēſ inq̄ꜩtum agens pateret̄. ꝯñs ē falſum. pꝫ tñ ꝯña qꝛ agens inquātuȝ agens recipet actionem. ⁊ ſic pat̄ etur ab ea. ⁊ ꝯfirmatur qꝛ ſi actio eēt in agēte ⁊ nō tranſiret i paſſum tāq̄ꜩ in ſubm. ſeq̄ret̄ ꝙ ois actio eēt imanens qđ ē falſum. cōfirmatur etiā p ariſto telem ſcđo de aīa vbi dicit ꝙ actio ⁊ paſſio ſt̄ i pati ente ⁊ nō i agēte. Ad dubiū rñdet̄ affirmatiue qđ pbatur qꝛ ois forma realr̄ ⁊ formalr̄ informans idē ſubō pōt de illo pdicari ⁊ ipꝫ denoiare. g̃ ſi actio ſit realr̄ ⁊ formalr̄ i patiente ſeq̄tur ꝙ patiens iquan tū patiēs erit agēs. ꝯfirmat̄ qꝛ i eo ē actio ſubiecti ue i qua ē pncipiū elicitiuū actus. ſed in agēte ē ac tiuitas q̄ eſt potētia ad eliciēdū actū. g̃ actio ē i agē te ſubiectiue. ⁊ ad pmam rōneȝ i oppoſitū rñdetur p diſtictionē qꝛ forma duplr̄ pōt recipi i aliq̄. vno° mediante paſſione. ⁊ ſic tunc illud qđ ſic recipit for mam patit̄. alio mō pōt forma recipi i alio nō medi ante paſſione. ſꝫ tm̄ mediāte iherētia illi⁹ forme re cepte i ſubō q̄ quidē inherētia ē de genere relatio nis. ⁊ in tali receptione recipiēs nō patit̄. ſic aūt ac tio recipitur i agente ⁊ non pmo mō. ¶ Ad ſcđaȝ rñdetur ꝙ actio pōt duplr̄ dici imanēs vno° forma lr̄. ſ. ꝙ formaliter maneat i agente. ⁊ ſic ois actio ē imanes. alio mō pōt actio dici imanēs cauſalr̄. qꝛ .ſ. nihil relinq̄t extra ſe. ⁊ ſic nō ois actio ē imanēs. ⁊ ad auctoritatē ariſto. ⁊ cōſimilr̄ ad oēs videnteſ h̄ idem ſonare dr̄ ꝙ intelligitur de actione acta. ⁊ nō de actione que eſt reſpect⁹. Ex quo pꝫ ꝙ actio ⁊ paſſio realr̄ diſtinguūtur quia ſūt duo reſpect⁹ i diuerſis ſubiectis realiter ſubiectati.

Tertio dubitatur. Utꝝ quattuor vltima p dicamēta ſint entitatis abſolute vl̄ reſpectiue. ad qđ rñdetur p q̄ttuor dicta. pmū eſt. vbi eſt circūſcriptio corpis locati a circūſcriptiōe loci ꝓcedens q̄ diffinitio data ab auctore ſex pnci pioꝝ ſic eſt intelligenda. Nā ex applicatione ſupfi ciei ꝯcaue corpis locātis ad corp⁹ locatum dereli quit̄ in ipa ſupficie q̄dam reſpectus extrinſec⁹ ad ueniens q vocatur vbi actiuū vel noie ſimplici lo catiuitas cuius cōcretuȝ eſt locus. ⁊ ex pte corpis locati derelinquit̄ alius reſpectus mutu⁹ extrinſe cus adueniens qui vocat̄ vbi paſſi^m^. ⁊ de illo vbi paſſiuo dat̄ pdicta diffinitio ¶ 2^m^ dcm̄. qñ ē ꝙ ex adiacentia tpis i re temporali derelinq̄tur. p cui⁹ intellectu eſt aduertendū ꝙ ex applicatiōe ſeu ad iacentia tpis menſurātis ad rem tēporalē quā mē ſurat dereliquit̄ duplex reſpectus mutu⁹ quoruȝ vnus fundat̄ i tpe ⁊ t̄minatur ad rem tpalem q vo catur qñ actiuū. ⁊ ali⁹ fundat̄ in re tpali ⁊ terminat̄ ad tempus qui vocatur qñ paſſiuū de quo datur dicta diffinitio. ¶ 3^m^ dictum: poſitio eſt q̄dā ptiū ſitus ⁊ generationis ordinatio. ad cuius euidētiaȝ ſupponitur ꝙ ex applicatiōe ptiū loci ad locatum derelinquitur duplex reſpectus mutuus. quoruȝ vnus fundatur in ptibus loci. ⁊ termiatur ad ptes locati. ⁊ vocatur ſitus actiue dictus. Alius fundat̄ in ptibus locati ⁊ terminatur ad ptes loci qui vo catur ſitus paſſiue dictus. ¶ 4^m^ dcm̄. hitus ē cor porū ⁊ eoꝝ q̄ circa corpus ſūt adiacētia. Ad cuius intellectum conformiter ſicut ad precedens ſup ponitur ꝙ ex applicatiōe ſeu adiacentia veſtimē ti vel cuiuſcunq̄ʒ ornamenti ad corpus conſurgit duplex reſpectus extrinſec⁹ mutu⁹. quorū vn⁹ fundatur in veſtimēto applicato ⁊ terminatur ad corpus ⁊ ille vocatur hitus actiue dict⁹. ali⁹ fūdat̄ i corpe ⁊ t̄miatur ad veſtimentum q vocatur habi tus paſſiue dictus.

Ad rationes Añ oppoſitum. Ad pmam conceditur ꝙ actio acta et paſſio ſūt idem realiter ⁊ numeraliter. ſed actio q̄ eſt reſpectus diſtinguitur realr̄ a paſſione ⁊ ē pdi camentum diſtinctum a paſſione vt patuit i pmo dubio. ¶ Ad ſecundam patuit ſolutio in tertio notabili qñ dictum eſt qm̄ neq̄ʒ actioni neq̄ʒ paſſio ni ſicut nec cuicūq̄ʒ reſpectui conuenit p ſe termi nare motum vel habere contrarium vel etiam ſu ſcipere magis ⁊ minus ſed tantum per accidens .ſ. rōne ſuppoſiti vel termini.

q **Ueritur** Utruȝ oppoſitio ſit en titas realr̄ cōis vniuo ca ad oppoſitionē relatiuā contrariam priuatiuam ⁊ contradictoriam: ¶ Ar guitur pmo ꝙ ſic argumento cōmuni qꝛ qñcūq̄ʒ in tellectus nr̄ eſt certus de aliquo vno conceptu et dubius de duobus neceſſario conceptus de quo eſt certus eſt ali⁹ ab illis duobus de quibus ē du bius. ſed intellectus noſter eſt certus ꝙ oppō pua tiua eſt oppō ⁊ etiam ꝙ oppō contradictoria ē op poſitio. ⁊ tñ pōt dubitare vtꝝ ſit oppoſitio puatiua vl̄ oppoſitio cōtradictoria eo ꝙ pōt dubitare vtꝝ ſit puatio vel ſit purum nihil ſic eſt ne° que ē extre

mum ↄ̄dictionis. ergo necessario est aliꝰ ↄceptus oppositionis in se a ↄceptibus oppositionis ꝑuatiue ꝛ oppositionis ↄ̄dictorie de quibꝰ tū verificatur eēntialiter: ergo est cōis vniuocꝰ eis. In oppositū arguitur. nihil ē cōe vniuocū enti ꝛ nihilo. sꝫ aliqua illarū oppositionū ē ens ꝛ alia ē nihil vel saltem ens rōnis. ergo oppositio non ē cōis vniuoca respectu illarum quattuor oppositionum.

ꝑme sube vt de⁹ ⁊ itelligẽtie. Alie sũt actu ⁊ ꝑtãte
in q̃bus act⁹ nõ ꝑor ẽ. sed tꝑe posterior. Alia vero
nũq3 sũt actu s3 solũ ꝑtãte. sic ɔtinuu3 ẽ in potẽtia

ad diuidi i ifinitũ sed nũq3 erit actu diuisu3. ⁊c.

Tertio notãdũ ẽ. ꝙ circa hũc textu3 icidũt
due difficultates. ¶ Pri^a est. vtrũ
valeat illa ɔña quã facit aristo. si ad necesse eẽ nõ
sequit̃ possibile eẽ. ergo oppositũ hñ sequit̃: ⁊ rñde
ꝙ ñ. Et ad aristo. potest dici ꝙ lr̃a fuit corrupta ex
trãslatiõe vel ex uicio scriptoꝝ. uł põt dici ꝙ loco
hui⁹ ṽbi sequit̃. d3 itelligi hoc ṽbu3 stat. q2 quodli
bet cũ quolib3 uel ei⁹ oppo^m stat. ut p3 ex prio ꝑoꝝ
¶ Scd̃a difficultas. utꝝ irrõalis ualeat ĩ opposi
ta. Respõdet̃ distiguẽdo de duplici potẽtia. quia
quedã ẽ potẽtia actiua. ⁊ tał potẽtia ĩ irrõabilib⁹
nõ u3 ĩ opposita q2 ut iam patuit. licet ignis possit
ɔburere nõ tñ põt nõ comburere. Alia ẽ potentia
passiua que se tenet ex parte materie. ⁊ illa poten
tia in irrationabilib⁹ ualet in opposita. ut materia
ignis potest calefieri ⁊ frigefieri. sed posset obijci.
quia potentia bruti est irrõnalis ⁊ tamen brutũ po
test ãbulare ⁊ nõ ambulare. ut de se satis p3. ergo
potẽtia actiua irrõnalis ualet ad opposita. ꝓpter
hoc aliter respõdetur per vnum dictum ⁊ vnam
distinctionem. ¶ Dictum est istud. potẽtiam rati
onalem vocat aristoteles illã que secũdum dicta
men ⁊ rectionem rationis potest agere cuiusmõi ẽ
intellectus ⁊ volũtas. sed potẽtia irrõalis est q̃ ꝑ3
dictamẽ rõnis nõ potest agere. sicut sunt bruta et
alia inanimata. ¶ Distinctio est hec. potentia3 va
lere ad opposita potest dupliciter intelligi. Uno
modo ꝙ possit ad opposita contradictorie. ita ꝙ
posse ad opposita sit ide3 quod posse agere vł pos
se non agere. ⁊ sic non tantum potentia rationalis
sed etiam irrationalis potest ad opposita. vt bru/
tum potest ambulare ⁊ non ambulare. Alio mo
do sumitur posse ad opposita contrarie: scilicet ꝙ
possit producere effectus contrarios. ⁊ sic sola po
tentia rõalis valet ad opposita. non tamen in qua
cunq3 opposita. sed ad illa que sequũtur actu3 vo
lendi vel nolendi. ⁊ l3 intellectus quandoq3 possit
ad opposita sicut ad actus intelligẽdi oppositos.
⁊ ad actus exteriores. nõ tamẽ potest ad q̃cũq3 op
posita nec sẽp. q2 quãdoq3 nõ ẽ in potentia aie in
telligere ⁊ non intelligere aut assentire alicui ꝓ
positioni vel non assẽtire eidem imo generaliter
potẽtia rõalis respectu primi actus intelligendi ñ
plus põt i opposita q̃3 ignis calefacẽ ⁊ ñ calefacẽ:
s3 volũtas sꝑ nata est producere velle vel nolle.

Conclusio rñsalis. ad necesse esse sequit̃
possibile esse capiendo pos/
sibile pro possibili alto. vel possibili necessario.

non āt sequitur capiēdo possibile pro possibili ñ necessario. conclusio p3 ex dictis.

Primo dubitatur. Utrū in modalibus cōpositis eodem modo sit sumenda oppositio sicut i modalib⁹ diuisis ꝑ cui⁹ declaratione soluūtur tres difficultates. ¶ Quaꝝ pͥma est hec. q̄lis est hec diuisio ꝓpōnis modalis in oppositā ⁊ diuisam. Ad quā rñdetur. ꝙ hec ē diuisio analogi in sua analogata. q2 modalis cōposita non est modalis nisi ſm qd ꝓpter quādam similitudinem quam h3 cum vera modali. nam in modali cōposita ponitur modus silr̄s illi mō qui ponitur in modali diuisa q̄ ē ꝟe ⁊ modalis simplr̄. ¶ Scd̄a difficultas. quot ꝯditiones requirūtur ⁊ sufficiūt ad hoc ꝙ aliquis modus faciat ꝓpositionem modalem ꝓprijssime captam. Rñdetur ꝑ quattuor cōditiones. ¶ Prima est ꝙ talis modus prius cōueniat significatis enūciationum ⁊ ꝑ hoc excludūtur oēs isti modi significatiᵐ. rep̄ntatiuum ꝑ se. ꝑ accidens. mediatum. ⁊ imediatum. oēs eni isti modi pͥ conueniuut enunciationibus. ¶ Secūda cōditio ꝙ talis modus non cōueniat significatis enūciationum ſm attributionē ad intellectuz. ⁊ ꝑ hoc excludunt̄ isti modi. situm oppinatum creditū ⁊ imaginatum. ¶ Tertia cōditio ꝙ talis modus ex cōsequenti cōueniat enūciationibus. h̄ ē ꝙ talis modus in recto sit verificabilis ex ꝯn̄ti de tota ꝓpōe iquantū ꝓpō est. ⁊ ꝑ hoc excludūtur iste determinationes. bene. male. p̄teritū. futurū. ⁊ ēt ꝯtingēs ad vtrūlib3 ꝯtingens natum. ⁊ ꝯtingens raro. q2 talia non p̄nt i recto ꝓprie verificari ḋ ꝓpōne iquātum propositio ē. ¶ Quarta conditio ꝙ talis modus ampliet copulam vltra tempus sue p̄sentis Et ꝑ hoc excluduntur verum vel falsum. ex q̄ sequitur ꝙ sūt tm̄ quattuor modi facientes ꝓpositionē modalem ꝓpͥissime captam. s. possibile altum contingens ipossibile ⁊ necesse. ideo ꝓpō modalis est illa q̄ modificat̄ aliq̄ istoru3 q̄ttuor istoꝝ modoꝝ: et si q̄rat̄ vtꝝ pos̄e ⁊ necessariū codē mō āpliant copulam. vr̄ ꝙ non. q2 necessariū ampliat ad oē tēp⁹ ⁊ possibile tm̄ ad duo tempora. s. ad p̄ns ⁊ ad futurū. q2 ad p̄teritu3 nulla est potentia. rñdetur ꝙ ampliat ad omne tempus. p3: q2 q̄ necesse eē. ⁊ possibile non esse. contradicunt. ḡ eodem modo ampliant. t3 ꝯn̄a. q2 ꝓpositionum oppositarum vl' eqpollētiū termini dn̄t teneri eq̄ āple ⁊ eque stricte. ⁊ ad obiectionē dr̄ ꝙ pos̄e pōt capi dupl'r. Uno modo spāl'r vt tm̄ valet. sicut potēs vl' poterit. ⁊ sic ampliat tm̄ ad duo tp̄a. s. ad p̄ns ⁊ ad futurū. alio mō capit̄ possibile. gn̄aliter. ⁊ sic ampliat ad oē temp⁹ disiūctiue. hoc est facit terminū p̄cedētē ⁊ sequentē ꝑ oib⁹ suis suppositis respectu oium dr̄aꝝ temporis disiūctiue. ⁊ hoc mō ꝯtradicit ipoti. q2 ampliat ad oē tēpus copulatiue ⁊ negatiue. ⁊ etiam iter ip3 ⁊ necesse q̄ ampliat ad oē tempus copulatiue ⁊ affirmatiue pōt hoc mō stare oppositio vel equipollentia. ¶ Tertia difficultas ē p̄ncipale q̄situ3. vtꝝ. s. eodem mō sit sumēda oppō in modalib⁹ cōpositis ⁊ diuisis. ad quā rñdetur ꝙ non q2 aliter sumitur oppositio illis de inesse ⁊ in modalibus. na3 ad cōtradicendum illis de ieēcū disparitate quātitatis sufficit copulā negari. sed i modalib⁹ cū hoc requirit̄ ꝙ mod⁹ neget̄. mō ꝓpositō modalis cōposita ē simplr̄ de iesse. vt patebit i dubio sequēti. ḡ ñ eodē sumit̄ oppō i modalib⁹ ꝯpositis sicut i diuisis.

Secundo dubitatur. q̄liter dr̄nt. ꝓpositio modalis cōposita ⁊ diuisa. Rñdetur ꝙ tripl'r differūt. ꝑ quaꝝ pͥma dr̄a p̄mitti ſ vna distictio dicens ꝙ isti q̄ttuor modi pos̄e ipos̄e ꝯtingens necesse p̄nt dupl'r capi. Uno⁹ pͥme intentional'r. ⁊ vt sūt dr̄ie entis. Et tūc possibile tm̄ val3 sicut ens potens eē. ⁊ necesse tm̄ val3 sicut ens necessariū. ipossibile ꝟo sicut ens nō potēs eē. ⁊ vt sic eis cōpetūt q̄ttuor ꝯditiōes p̄us dicte. alio modo pōt capi secūde itētional'r. ⁊ vt sūt dr̄ie ꝓpositiōis ⁊ tūc possibile tm̄ valet sicut propositio possibilis ⁊ necesse sicut ꝓpositio necessaria. Jmpossibile ꝟo tm̄ valet sicut propositio ipossibilis. nec eis vt sic competunt quattuoꝛ cōditiones dicte in p̄cedenti dubio. Tūc dicitur ꝙ modalis diuisa ⁊ cōposita pͥmō sic differūt. q2 in modali diuisa ponitur aliquis istoꝝ quattuor modorum prime intentiōaliter sūptorum. sed in modali composita ponitur aliquis illorum sumptorum scd̄e intentional'r vel aliquis alius qui pōt de se predicari de tota propositione in quantum propositio est. Secunda differentia est quia modalis diuisa ē simpliciter ⁊ vere modalis cum i ea ponatur modus cui conueniunt quattuor predicte conditiones. sed modalis composita ē simpliciter cathegorica de inesse quod patet quia propositio dicitur cathegorica de iesse quia in ea est simplex inherentia predicati ad subiectū ita ꝙ talis inherētia ñ sit modificata ꝑ aliquē mō3 sed similiter in modali composita est simplex inherentia modi ad dictum. na3 i ea modus tantu3 est predicatu3 materiale quo mediante copula presētis tp̄is idicatiui modi enūciat̄ ḋ toto dcō tāq̄ ḋ subiecto. ḡ ⁊c. 3ᵃ dr̄ia q2 ad veritate3 modalis cōpoite

requiritur ⁊ sufficit veritas vnius propositionis i qua modus materialiter predicatur de propōne correspondente dicto vel de nominie demonstrā te illā ꝓpōe₃ vt ad veritatē isti⁹ modalis cōposite. album esse nigrum est possibile requiritur veritas illius ꝓpositionis. hec ꝓpositio album eē nigru₃ ē possibilis. sed ad veritate₃ modalis diuise requirit ⁊ sufficit veritas vnius ꝓpositionis i qua predicat modus de orōne ꝯposita ex ꝑdicato ⁊ ꝓnoīe dicti demōstrāte illud ꝓ quo suppōit subiectū dicti. vt ad veritatē isti⁹ ꝓpōnis diuise. albū eē nigrum ē possibile sufficit veritas illius ꝓpositionis hoc esse nigrum ē poīe. ꝑ ly hoc demōstrando parietem vl' aliquod subiectum album. ⁊ si sub₃ dicti fuerit ter min⁹ cōis non cōnotatiuus sicuti ista. omne astru₃ esse supra nostꝝ orizontem ē possibile requirit ꝙ modus possit ꝑdicari de oratione composita ex ꝑ/ dicato dicti singularibus illius termini cōis vel ꝓ noīe demōstrante illa singularia. vt dicēdo h̄ astrū eē supra nostrum orizontem ē possibile. ⁊ hoc astꝝ esse supra nostrū orizontem ē possibile. et sic d̄ alijs ita ꝙ ꝑ ly hoc demōstretur aliud ⁊ aliud astrū.

Tertio dubitatur. Utrum omnes ꝓpositio nes de contingēti reponātur in eis/ dem lineis vel i diuersis. R̄ndet per q̄tuoꝛ dicta ¶ Primū ꝙ ꝓpōes d̄ cōtingenti alto reponūtur i eisdem lineis. sicut ꝓpōnes de possibili. ꝓpōnes āt de possibili reponūtur i diuersis lineis vt deducit aristo. i textu. ¶ Scd̄m dictū. ꝓpōnes de cōtigen ti necessario. reponuntur i eisdem lineis. sicut ꝓ pōnes de necessario. p₃ q₂ adinuicem cōuertūtur ¶ Tertiū dictū ꝙ ꝓpositio de cōtingēti nō neces sario eqpollet vni copulatiue cōstitute ex duabus ꝓpōnibus de possibili i quaꝝ vna dem̄ negatur ⁊ i alia affirmat. sicut ista: fortes ē cōtingēs ad vtrūli bet currere. eqpollet isti copulatiue. fortē currere ē poīe. ⁊ fortē poīe est n̄ curere. cui⁹ contradictoria erit vna disiūctiua cōstituta de ꝑtibus ꝯdicētibus puta ista disiūctiua fortem non possibile ē currere vl' fortē nō possibile est nō currere. ¶ 4^m dictu₃. oīs ꝓpō affirmatiua d̄ ꝯtingēti ad vtrūlib₃ i qua .s. modus nō negat. ponitur i duabus lineis. i p̄ia ⁊ in scd̄a. Et oīs negatiua de h₉ ꝯtigēti i q̄ .s. mo/ dus negat ponit i duab⁹ lineis. s. i tertia ⁊ i q̄rta.

Ad rationem Ante op^m factā soluta ē i p̄ notabili. ⁊ h̄ d̄ q̄stione.

Ueritur Utrum cōtrarietas in enunciationib⁹ vocali bus sit sumenda penes contrarios mo dos enunciādi aut penes predicata cō/ traria. ¶ Arguitur primo ꝙ penes predicata cō traria. q₂ dicit aristo. in ꝑdicamētis. ꝙ ista. socrates est languidus. contrariatur isti. socrates est sanus ergo contrarietas sumitur penes ꝑdicata ꝯtraria ⁊ non penes cōtrarios modos enunciandi ¶ Ar/ guitur secūdo sic. contrarietas enunciationum su mit a ꝯrietate oppositoꝝ ⁊ ꝯrietas oppositoꝝ a ꝯri etate reꝝ enūciataꝝ. ergo ꝯrietas enūciatiōis ꝟe sumitur ex parte rerum. ¶ Arguitur tertio. plus opponuntur enunciatiōes de contrarijs ꝑdicatis q̄₃ ille q̄ sūt de cōtrarijs modis enūciādi. ergo ma/ gis sumitur cōtrarietas ex ꝑte ꝯrioꝝ ꝑdicatorum an̄s p₃. q₂ plus requiritur ad verificandū affirma/ tiuā de ꝑdicato ꝯrio q̄₃ ad verificādū illā d̄ mō enū ciandi contrario. ¶ In oppositum arguitur per aristotelem.

Primo notandum est. ꝙ ꝓ declaratione terminorum ponūtur due distin/ ctiones. ¶ Prima distinctio. cōtrarietas capitur dupl'r. vno mō special'r ꝓut ē repugnantia duaꝝ ꝓpōnum ꝯtrariaꝝ. ⁊ sic non capitur hic. Alio mō ḡnaliter ꝓ q̄cunq₃ repugnātia q̄rūcūq₃ ꝓpōnū op positarum aliquo triū generū oppōnis ꝓpōnis. ⁊ sic capit hic. ¶ 2^a distinctio. aliqua dicuntur ꝯria dupl'r. vno mō formal'r ⁊ itrinsece ⁊ sic illa sunt cō traria q̄ sunt prima fūdamēta contrarietatis sicut res significate ꝑ oppōnes cōtrarias. Alio mō ali q̄ dicūtur esse contraria extrīsece ⁊ obiectiue ⁊ sic illa dicuntur contraria quoꝝ obiecta vl' significa ta sūt contraria sicut sunt enunciatiōes vel opposi tiones. ¶ primum dictum. illi modi enunciandi q eorundem extremorum. quorum vnus ē affirma tiuus ⁊ alius est negatiuus dicuntur contrarij. sed illa predicata dicuntur contraria quecunq₃ habēt re pugnantiam ad simul ⁊ semel verificari de eo/ dem subiecto l₃ bene successiue. sicut albū ⁊ nigrū ¶ Secundum dictum. cum termini se teneant ex parte materie propositionis ⁊ modus enunciandi ex parte forme. ideo propositiones que sunt de cō trarijs modis enūciandi simpliciter magis debent dici contrarie quam ille que sunt de predicatis cō trarijs patet quia denominatio magis sumitur ab eo quod se tenet ex parte forme q̄₃ ab eo quod se tenet ex parte materie.

Secundo sciēdum est ꝙ i hoc tertio tracta tu qui tenet vnicum capitulum inuestigatur ex parte cuius attenditur contrarie tas in enunciationibus ⁊ oppōibus. continet vna₃ conclusionem principalem quam format per mo dum q̄stiōis. vtrum. s. propōi affirmatiue ꝯriet ꝓ

positio de modo enũciãdi ꝯtrario. aut ꝯtrariet̃ alia ꝓpositio affirmatiua de ꝑdicato ꝯrio sic͂ si huic ꝓpositiõi affirmatiue. oĩs hõ ẽ iustus. ꝯriat̃ ista negatiua nullus hõ ẽ iustus. aut ista oĩs hõ ẽ iust⁹. ⁊ silr̃ isti. ioãnes ẽ iust⁹ ꝯriatur ista ioãnes ñ ẽ iustus. Ad hanc questionem respondet ari. ꝙ ꝑdictarũ enũciationum ille que sunt de ꝯrijs extremis nõ sũt cõtrarie. sed ille que sũt de ꝯrio modo enunciãdi. qđ ꝓbat. q2 sicut se hñt enũciationes mẽtales q̃tũ ad ꝯrietatem ⁊ nõ ꝯrietatẽ sic se hñt enũciatiões vocales. q2 ea q̃ sũt ĩ voce sunt note eoꝝ q̃ sũt ĩ mẽte sed orões mẽtales q̃ sũt de ꝯrio modo enũciãdi sũt ꝯrie ⁊ nõ ille q̃ sũt de ꝯrijs extremis. ğ silr̃ est ĩ enũciationibus vocalib⁹. minorẽ ꝓbat aristo. octo rõnib⁹. quaꝝ ꝑma est hec. opiniones ꝯrie nõ pñt simul eẽ vere. s3 oĩs opinio q̃ opinat̃ ꝙ bonũ ẽ bonũ ⁊ illa q̃ opinat̃ ꝙ malũ ẽ malũ sũt sil̃ vere ⁊ tñ bonũ ⁊ malũ ꝯriãtur. ğ opiniones q̃ sũt de reb⁹ vel ð extremis ꝯrijs nõ sũt ꝯrie. ❡ 2ª rõ. de bono ẽ vna opinio q̃ opinat̃ ꝙ bonũ est bonũ ⁊ ẽ ṽa. ⁊ etiã alia opinio qua oppinat̃ ꝙ bonũ nõ ẽ bonũ. ⁊ alia q̃ opinat̃ bonũ eẽ aliqđ qđ nec ẽ nec põt eẽ sicut si opinet̃ ꝙ bonũ ẽ malũ. ⁊ ꝑter hec ẽ aliq̃ alia opinio q̃ oppinatur bonu3 nõ eẽ illud qđ ip̃m est. vl̃ ğ oẽs iste ꝯriãtur ꝑme affirmatiue vl̃ solũ secũda q̃ ẽ negatiua. s. ista bonũ nõ est bonum. Primũ non ẽ dicendum. q2 cum tales sint infinite opiniones seq̃ret̃ ꝙ idẽ in ifinitũ cõtrariaret̃. ğ relinquit 2ᵐ. s. ꝙ ista negatiua. bonũ non ẽ bonũ. ꝯriat̃ isti. bonũ est bonũ. rõne ꝯrij modi enũciandi. ❡ 3ª rõ. iter illas enũciationes ẽ ꝑma ꝯrietas ĩ q̃ ẽ ꝑma falsitas. sed ꝑma falsitas ẽ inter modos enũciandi ꝯrios. ergo ẽ ꝑma ꝯrietas. minor p3. q2 ꝑma falsitas ẽ inter illa inter q̃ fiũt generationes ⁊ corruptiões. s3 gñationes ⁊ corruptiões sũt iter eẽ ⁊ nõ eẽ q̃ sẽ ꝯrij modi enũciandi. ergo ⁊c̃. ❡ 4ª rõ. opinio ṽa ẽm se cõtrariat̃ opinioni false ẽm se. v3. opinio q̃ oppiamur bonũ eẽ bõu3 ẽ ṽa ẽ3 se. sed opinio q̃ opiamur. bonũ nõ eẽ bonũ. est ẽ3 se falsa: illa ãt q̃ oppiamur bonũ eẽ malũ secũdũ accidens est falsa eo ꝙ non accidit bono eẽ malum. ❡ 5ª rõ. opiniones ꝯrie dñt plurimum distare. s3 opiniões de ꝯrijs modis enũciandi plus distãt q̃3 ille sũt de reb⁹ ꝯrijs. ❡ 6ª rõ opiniõi vere ⁊ simplici ꝯriat̃ opinio falsa ⁊ simplex. sed opinio boni q̃ñ bonũ ẽ. est vera ⁊ simplex. opio boni q̃ñ ñẽ bonũ ẽ falsa ⁊ simplex. nõ ãt opinio boni q̃ñ est malũ. q2 iplicat aliã ⁊ nõ ecõtra. ❡ 7ª rõ: cõtrarietas cũ sit repugnãtia formalis vniformit̃ d3 sumi in oĩbus terminis s3 penes ꝯrietatem reꝝ vl̃ terminoꝝ nõ põt sumi cõtrarietas ĩ oĩbus opionibus. vt p3 in his q̃ ñ hñt ꝯriu3 sicut ẽ homo. ğ ⁊c̃. ❡ 8ª rõ. sicut se hñt iste. bonũ ẽ bonum. ⁊ nõ bonũ ẽ bonũ. ita iste. bonũ ñ est bonum. ⁊ ñ bonum ẽ nõ bonum. ğ ꝑ locũ a trãsmutatis ꝓportiõe. sic se hñt iste ñ bõu3 ẽ bõu3 ⁊ ñ bonũ ẽ ñ bonũ. ita iste bonũ ẽ bõu3 ⁊ bonũ ñ ẽ bõu3. sed due ꝑme sũt ꝯrie ergo ẽt due secũde erũt ꝯrie. minor p3. q2 isti ñ bonũ ẽ bonum. ñ cõtrariatur ista. ñ bonum est malũ. nec ista non bonum ñ ẽ malum. quia ille tres sũt simul ṽe ⁊ nõ simul false. relinquit̃ ergo ꝙ isti. ñ bonum ñ est bonum. cõtrariatur ista. ñ bonum ẽ bonum. ⁊ per cõsequens. eadem rõne isti. bonum ẽ bonum contrariabitur ista bonum ñ ẽ bõum.

Tertio notãdu3 ẽ. ꝙ circa hũc textũ icidũt due difficultates. ꝑma. Utru3 due idefinite diuerse q̃litatis sint adiuicem cõtrarie. ⁊ vr̃ ꝙ sic per ari. in textu dicentem. ꝙ ñ bonum est bõum. ꝯriatur bõum ñ ẽ bõum. Respõdet aristoteles ꝙ nihil refert q̃tum ad itẽtionem suam põere vniuersalem vel idefinitam. q2 ꝑ idefinitam intellexit vniuersalem affirmatiuam cui cõtrariat̃ vniuersalis negatiua. Et cõtradicit particulari negatiue. sicut isti. omne bõum ẽ bonum. cõtrariatur ista nullum bonum ẽ bonum. ⁊ cõtradicit isti aliqđ bonum non ẽ bonum. ❡ Secũda difficultas. vtꝝ due cõtrarie possint simul esse vere. Respeondet aristoteles ꝙ enunciatio vera non põt esse contraria enunciationi vere quia sicut contraria in enunciando non contingit simul esse in eodem subiecto secũdum reale3 iherentiam l3 bene successiue. ita etiam due enunciationes ⁊ oppiniões contrarie nũq̃ pñt simul eẽ vere. l3 aliq̃ñ successiue sint ṽe.

Conclusio Rñsalis. Jn enunciatiõibus vocalibus ẽ sumenda ꝯtrarietas penes ꝯrios modos enũciãdi. ñ autem penes predicata contraria. conclusio patet ex dictis ĩ secundo notabili.

Primo dubitatur. Utrum ĩ propositionibus vocalibus mẽtalibus et opionibus anime reperiatur eodem modo cõtrarietas. Respõdetur per duo dicta. ❡ Primu3 dictum. ꝙ ĩ ipis partim eodem modo reperitur contrarietas. ⁊ partim ñ. primum p3. quia sicut cõtrarietas opinionum attẽditur penes cõtrarios modos opinandi sic ⁊ in mẽtalibus ⁊ vocalibus enunciationibus attenditur cõtrarietas penes contrarium modum enunciandi. Secũdum patet. quia quedam propositiones vocales aut mentales non sunt formaliter ⁊ itrinsece contrarie. cum possint simul eẽ in eode3 subiecto. sed tãtũ opponũtur quo ad eẽ


simul veras sed oppiões mētales habēt simul repugnantiam quo ad esse simul in eodem itellectu Cuius ratio forsan potest esse quia opinio vltra ꝓpositionem mentalem addit assensum.modo impossibile est simul assētire ꝓpositionibus contrariis vel contradictorijs.ideo ille opiniones seu assēsus dicuntur inter se habere repugnātiam non solum q̄tum ad nō esse simul sed etiam quantuȝ ad stare in veritate in eodem subiecto siue in eodem intellectu q꞉ impossibile est eundem intellectum simul assentire contrarijs vel cōtradictorijs. ℂ Secundum dictum. contrarietas prius conuenit ꝓpositionibus mentalibus q̄ꝫ vocalibꝰ aut scriptis. pꝫ.q꞉ illis prius conuenit contrarietas.quibus prius conuenit veritas aut falsitas.sed sic ē de enūciationibus mentalibus cuȝ significēt naturaliter ⁊ a nā hñt ꝙ sint vere vel false.alie v̄o ad placᵐ.


Secundo dubitatur.que propositio dicit primo ⁊ per se falsa.⁊ que ꝓpositio dicitur simplex. Respōdetur per vnam distinctionem ⁊ duo dicta. ℂ Distinctio est hec.propositio pōt dici primo ⁊ per se falsa dupliciter vno mō quia inter predicatum ⁊ subiectum nihil mediat ꝑ quod possit ostendi predicatum falsse inesse subiecto ⁊ sic ista est primo falsa.bonum est malum.q̄a secundum aristotelem primo posteriorum illa propositio in qua predicatur oppoᵐ de opposito ē falsa. Alio modo pōt dici primo ⁊ per se falsa.q꞉ ān̄te ipam non est alia magis falsa ad quam sit reducibilis.⁊ sic illa in qua negatur idem de seipo est primo ⁊ ꝑ se falsa.non aūt illa in q̄ predicatur vnū cōtrarium de alio contrario. ℂ Primum dictum ē istud.propositio primo ⁊ per se falsa dicitur in proposito esse illa cuius extrema sunt termini gn̄ationis.⁊ corruptionis.qđ pꝫ quia esse ⁊ non esse sunt termini gn̄ationis ⁊ corruptiōis.⁊ sic sūt modi enūciandi contrarij.⁊ prima predicata que possūt vere vł falsꝰ p̄dicari de aliquo. ℂ Secundum dcm̄. illa ꝓpositio vocatur in proposito simplex respectu alterius que nec implicat nec infert aliā.sꝫ implicat ⁊ infertur i alia.sicut ista. bonum non est bonum.i ordine ad istā bonū ē malū ⁊c̄.

Tertio dubitatur.Utrum iste sint cōtrarie bonum est bonum ⁊ bonum non est bonuȝ sicut videtur dicere aristoteles i textu. Respondetur per distinctionem ꝙ contrarietas pōt capi dupliciter.Uno modo large vt se extēdit ad omnem oppositionem propositionum vtroꝗ termino participantium repugnantium in qualitate ⁊ sic bene dicūtur cōtrarie.vel sunt subcontrarie. Alio modo capitur cōtrarietas specialiter pro re pugnantia duarum propositionum vniuersaliuȝ in qualitate ⁊ veritate repugnantium.⁊ sic nō sūt contrarie licet tamen participent legem contrariarum.quia non possunt simul stare in veritate et equipollent duabus vniuersalibus.sicut quelibet indefinita de materia naturali equipollet vni vniuersali.hoc est qđ intellexit aristoteles cum dicit manifestum est igitur cū nihil interest nec vniuersaliter ponemus affirmatiue.eo ꝙ intellexit de ꝓpositionibus indefinitis in materia nāli q̄ q̄ ad veritatem vł falsitatē eq̄pollent vl̄ibus.ideo si fuerit diuerse qualitatis dicūtur cōtrarie.

Ad rationes ante oppositum. ℂ Ad p̄mam dicitur ꝓ aristoteles solum voluit eas esse enunciationes de predicatis contrarijs non autem voluit eas esse contrarias ℂ Ad secundam dicitur ꝙ res pōt capi dupliciter. vno modo generaliter pro omni significabili siue complexe siue incomplexe.⁊ sic cōceditur añcedens. Alio modo capitur res specialiter pro vera entitate cuiuslibet realiter existentis ⁊ habētis ēt verum esse reale ⁊ sic negatur añcedēs. ℂ Ad tertiam negatur antecedēs.respondetur ad probationem ꝙ concesso añcedente negatur ꝯñā.q꞉ disiūctiūa de partibus cōtradicētibus plus opponuntur copulatiue.q̄ꝫ copulatiua copulatiue.

ℂ Explicit liber peryermenias:







Jrca initiuz p̄mi libri prioꝝ querit̄ primo. Utꝝ ad hūc p̄mū librū noue logice q̄ vocat̄ lib̄ p̄oꝝ spectꝫ determiare ꝺ sillogismo simplr̄ ocō. Et arguit̄ p̄ ꝙ nō ꝫ p̄maꝫ partē qꝛ scia cū sit accidēs spāle tpe nō mēsurat̄: sed nouitas ꝛ vetustas sūt q̄dā tpuꝫ ꝺrie: ḡ vna scia ñ ꝺr̄ noua ꝛ alia vet⁹ ¶ 2º arguit̄ qꝛ i veteri logica determiat̄ ꝺ terinis ꝛ ꝓpōib⁹ p̄cedētib⁹ sillo^m simplr̄. ḡ illa pars logice magis meretur dici prioꝛ ꝗ̄ logica noua. ¶ 3º arguitur sic. ad totam logicam spectat determiare de sillogismo simplr̄. ergo ñ tm̄ ad hāc partē logice. ¶ Jn oppositum tamē est aristo.

Primo sciēdū ꝙ ꝓ declaratōe t̄mioꝝ ponūt̄. 4. disti. p̄ma di.º ē hec. aliqua scia pōt dici vet⁹ vel noua duplr̄. vno.º i ordine ad tempus qꝛ. s. vna fuit p̄⁹ tpe mēsurata: ꝛ sic nulla scia ꝺr̄ vet⁹ vel noua. alio.º scia potest dici vet⁹ vel noua ſm ordinē nature eo. s. ꝙ subm̄ vnius est p̄⁹ nā, sbo alteri⁹. ꝛ sic illa pars logice q̄ tradit̄ i libris p̄cedētib⁹ ꝺr̄ vet⁹; ꝛ illa pars logice que datur in isto li.º ꝛ sequētib⁹ ꝺr̄ noua eo . s. ꝙ i logica veteri determiat̄ de t̄mis ꝛ ꝓpōnib⁹ q̄ sūt ptes silli ꝺ q̄ ñ ꝺtermiat̄ i noua logica. mō ptes ordie nature p̄cedūt suū totū igr̄ ꝛc̄. ¶ 2ª di. scia de sillo duplex ē. q̄dā ē iuētiua q̄. s. docet p̄ncipl̄r modū iueniēdi mediū ad q̄ðcūq ꝓpositū facil̄r oñdēdū seu ꝓbabil̄r. sic ē scia libri thopicoꝝ ꝛ elēchorū. alia ē scia ꝺ sillo q̄ ꝺr̄ resolutiua siue iudicatiua vel analetica q̄ p̄ncipal̄r docet modū resoluēdi sillo^m i sua p̄ncipia c⁹ ē scia p̄oꝝ ꝛ posterioꝝ. ꝛ lꝫ i libro p̄oꝝ doceat ari. artē iueniēdi modū i q̄libꝫ sillo. ꝛ i 2.º posterioꝝ doceat iuenire q̄ð q̄d est ñ tm̄ ꝺr̄ scia iuētiua. eo ꝙ nō docet talē iuētionem vt in ea sistat. sꝫ vt eo iuēto vlteri⁹ sillo^m i sua p̄ncipia resoluat. ¶ 3ª distinctio. duplex est resolutio. quedam est resolutio ꝯsequentie q̄. s. resoluit̄ sillogism⁹ i sua principia sibi cōuenientia rōne illationis. c⁹ sūt termini ꝛ ꝓpōnes. modus ꝛ figura ꝛ de hac resolutione cōsideratur i duob⁹ libris p̄orum: Alia est resolutio ꝯñtis qua resoluitur necessariū i sua p̄ncipia necessaria propter quorū necessitatē ip̄m ꝯñs est necessarium. ꝛ qꝛ resolutio ꝯñtis posterior est resolutione ꝯñe. quia vbicūq ē resolutio consequentis. ibi est resolutio ꝯñe. ꝛ nō ecōtra. ideo liber i quo agit̄ de r̄solutōe ꝯñe uocat̄ liber prioruꝫ analeticoꝝ. idest priorū resolutionuꝫ. analexis eniꝫ grece ē ideꝫ q̄ð resolutio latie. liber ꝯo i quo agit̄ de resolutōe ꝯñtis ititulatur liber posteriorum analeticoꝝ. idest posterioꝝ resolutiōum. ¶ 4ª di.º sill's simpl'r pōt capi duplicit̄. vno mō vt ly simplr tm̄ valet sicut vl'r. quātū scilicet ad oia sua p̄cipia. ꝛ oēs suas ptes. tam integrales ꝗ̄ subiectiuas. tam ꝓpinquas ꝗ̄ remotas. ꝗ̄tū etiaꝫ ad suas ptes subiectiuas: passiōes. ꝛ sua p̄ncipia. ꝛ sic de ipso determinat̄ in oibus libris logice. Alio modo capit̄ sill's simpl'r ut ly simplicit̄ tm̄ valet sicut incōtracte quātū. s. ad ea que sibi cōueniūt gratia sue forme i omni mat̄ia indifferenter: abstrahēdo tm̄ ab hac mat̄ia vel ab ilia determinate ꝛ sic de ipso agit̄ i libris p̄oꝝ.

Secundo Sciendum est ꝙ iste liber intitulatur liber prioruꝫ analeticorum cōtinens duos libros partiales. Jn quorum primo determiatur de sillogismo simplicit̄ quātū ad substātiam. ꝛ cōtinet septem tractat⁹. in quoꝝ primo det̄minat de quibusdaꝫ requisitis ad generatiōem ꝛ formatōem sillogismoꝝ. ꝛ ꝯtinet q̄tuor capitula. Quoꝝ p̄mū est ꝓhemiale. quod cōtinet vnicam cōclusionē in qua tāgit itērum. ꝛ est hec: Oportet dicere circa quid ꝛ de quo est intentio

pñtis ópis q̃m est circa demõstrationẽ ⁊ de dmõ/strativa disciplina. oꝫ etiã dicere quid ẽ ꝑpositio. ⁊ quid ẽ terminus: ⁊ quid ẽ sillogismus ⁊ quis sillogismus dicatur perfectus. ⁊ quis imperfectus. quid sit ĩ toto esse. quid sit dici de omni: ⁊ quid di/ci de nullo. Et in hac cõclusione oñdit que sũt partes integrales sillogismi ⁊ dicit ꝙ sũt termini ⁊ ꝑpõẽs. sillogismus vero perfectus ⁊ imperfect⁹ sũt eius partes subiectiue. Et dici de omni vel dici d nullo sũt pñcipia regulatiua sillogismi per que sillogismi perfecti habẽt necessitatẽ ⁊ euidẽtiã illationis ɔclusionis. ¶ Cõsequẽter in secũdo capitulo determinatur de ptibus mãlibus sillogismi ⁊ ɔtinet septẽ ɔclusiões. quaꝝ prima tangit diffõnem ꝑpõis ⁊ est hec. ꝑpositio ẽ orõ affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo vel alicuius ab aliquo. ¶ 2ᵃ ɔ: tangit diuisionẽ ꝑpõnis. ⁊ est hec. ꝑpositionũ alia est vniuersalis. alia particularis. ⁊ alia ẽ indefinita. ꝑpõem enĩ singularem ɔprehẽdit sub idefinita. ¶ 3ᵃ cõclusio tangit diffões mẽbrorum predicte diuisionis: ⁊ ẽ hec. ꝑpositio vniuersalis est illa que omni aut nulli inesse significat. Sed ꝑpositio particularis est illa q̃ alicui ⁊ alicui nõ ⁊ ñ omni inesse significat: sed indefinita est que in esse aut nõ ineẽ significat sine vniuersali vel particu/lari signo. vt ɔ̃rioꝝ eadem ẽ disciplina. voluptas nõ est sũmũ bonũ. ⁊ hec diffõ similiter competit ꝑpositioni singulari qꝛ ineẽ aut nõ ineẽ significat sine vniuersali vel particulari signo. ¶ Quarta cõclusio tãgit ɔueniẽtiam vnã ⁊ duas drias inter ꝑpõnem demõstratiuaꝫ ⁊ dyaleticam. Prima differẽtia ẽ hec. qꝛ propõ demonstratiua ẽ sumptio alterius partis cõtradictionis hoc ẽ sumit deťminate alterã ptẽ ɔtradictõis. ñ enĩ iterrogat vtrãqꝫ ptem ɔtradictõis. sꝫ sumit alterã deťminate quam demõstrat. ꝑpõ vo dyaletica ẽ iterrogatio ɔ̃dictionis. i. iterrogat vnaꝫ ptẽ ɔ̃dictiõis sub disiũctiõe ad aliã. Cõueniẽtia est h̃. qꝛ vtraqꝫ põt eẽ ps sillĩ/nã ille q demõstrat ẽt iterrogat ⁊ sillogizat. iõ ꝑpõ sillo⁹ ẽ affirmatio vel negatio alic⁹ de aliquo vel alic⁹ ab aliq. 2ᵃ dria. qꝛ ꝑpõ dmõstratiua ẽ vera ⁊ sũpta. i. ɔclusa ꝑ ꝑpões ꝑmas. i. imediata. sed ꝑpõ dyaletica pscrutãti. i. igrẽti est iterrogatio contradictõis. sꝫ sillogizãti ẽ sũptio partis appentis ⁊ ꝓbabilis. h̃. ẽ ꝑpõ demostratiua ẽ sũptio vi ⁊ necij sꝫ dialetica ẽ sũptio ꝓbabilis. ¶ 5ᵃ ɔ: tangit diffitõem ťmini. ⁊ ẽ h̃. Terminꝰ ẽ i quẽ resoluiť ꝑpõ vt pdicatũ. vel illud d quo pdicatur scꝫ subm cõpositio vel diso eẽ vel ñ eẽ. ⁊ apposito eẽ hoc est copľa affirmata. vľ ñ eẽ. i. copľa negata. ¶ 6ᵃ ɔ: tãgit diffõeꝫ sillĩ. ⁊ est hec. Sillogism⁹ est oratio i qua qbusdã positis aliud qdẽ ab his q̃ posita sunt de necessitate accidit i eo ꝙ hec sũt. Hãc vltimaꝫ pticulã declarat dupliciť. qꝛ ɔclusio dr̃ ɔtigere. i. sequi ex eo ꝙ h̃ sunt. i. ꝑpť pmissas dispositas q̃m taľ sillľs nulli⁹ ťmi idiget extrisece preter ťminos sũptos vt fiat necessari⁹ ⁊ necio iferẽs ɔclõneꝫ. ¶ 7ᵃ ɔ: tãgit diffões sillĩ pfecti ⁊ ipfecti: ⁊ est hec: sillľs pfect⁹ ẽq nulli⁹ idiget pter illa que sũpta sũt vt appeat necessari⁹. Sillľs i perfect⁹ ẽ qui idiget vni⁹ aut pluriũ que sũt necĩa per sũptos terios. ñ aũt ꝑ sũptas ꝑpões.

Tertio sciẽdũ ꝙ circa hũc textũ icidunt. 6. difficultates. ¶ Prĩa ẽ: q̃re i ꝓhemio põiť illa pticľa: ⁊ demõstratiua disciplia. cũ tñ i hoc libro ñ determieť de sillõ dmõstratio. Rñdetur ꝑ distictionẽ. qꝛ sillľs demõstratiuus põt dupľr cõsiderari. vno modo q̃tuꝫ ad ratiõeꝫ eius cõem i qua ɔuenit cũ alijs sillogismis. que quideꝫ ratio cõis est necessitas illatiõis ɔclusiõis ex premissis ꝑ ⁊ adequate cõueniẽs sillogismo simpliciter. ⁊ sic in isto libro determiatur de sillõ demõstratiuo. alio modo ɔsideratur sillogismus demõstratiuus q̃tũ ad eius ratiõeꝫ specialẽ que est necessitas ⁊ euidẽtia premissaruꝫ. propter quã necessitateꝫ ⁊ euidẽtiã ɔclusio efficitur necessaria ⁊ euidẽs. ⁊ de ipo vt sic determiat aristoteles i libro posterioruꝫ. ꝑpter tñ magnaꝫ ɔueniẽtiaꝫ istius libri cũ libro posterioruꝫ sit prohemiat i isto libro pro ãbobus libris. naꝫ per hoc ꝙ dicit circa demõstratiõeꝫ tãgit necessitateꝫ illatiõis ɔclusiõis d qua pricipaliter itẽdit i h̃ libro. per hoc ꝙ addit ⁊ dmõstratiua disciplia tãgit necessitatẽ ⁊ euidẽtiaꝫ premissaruꝫ de qua principaliter tractaturus est i duobus libris psteriorum ¶ Secũda difficultas. quare iste liber habet cõnexionẽ cũ libro posteriorũ magis q̃ cũ libro elenchorũ vel thopicoruꝫ. Rñdet egidius de roma ꝙ ra/tio ẽ quia sillľs de quo pricipaliter cõsideratur in h̃ libro imediate ordiať ad sillm demõstratiuũ i quo maxie reperitur bõitas ⁊ perfectio sillĩ simpľr. Itẽ etiã vt patuit prius i hoc libro determiatur de resolutiõe ɔñe. ⁊ i libro posterioruꝫ de resolutiõe cõsequẽtis. cũ ergo vtriusqꝫ libri scia sit resolutio. iõ maxiaꝫ cõnexiõeꝫ habere videtur. ¶ Tertia difficultas. qualis sit diffinitio propositiõis prius data Rñdetur ꝙ illa diffinitio proprie nec debꝫ dici diffinitio nec descriptio. eo ꝙ nullũ genus diffinitur ꝑ suas differẽtias diuisiuas modo affirmatiuuꝫ ⁊ negati⁹ sũt differẽtie diuisiue propositiõis. Ideo ꝙ meli⁹ debet dici quedã notificatio explicatiua d i

uisionis ppõis que notificatio tm̄ ɔuenit ppõi ca thegorice. ꝛ nõ ppõi ypothetice. eo ꝙ ypothetica ꝓprie nec ē affirmatiua nec negatia. ¶ 4ª difficultas. q̄re demōstrator nō iterrogat sicut dyaletic⁹. Respondet egidi⁹ ꝙ demōstrator ꝓcedit ex veris nō curando ð ɔsēsu r̄ntis. eo ꝙ oꝫ addiscētē credere .i. assētire p̄ncipijs orationis. sꝫ dyaletic⁹ ē obiectiuus. ꝛ ideo q̄rit ɔsēsū r̄ntis. vt ex ɔcessis vlteri⁹ valeat arguere. ꝛ de hoc tractabit̄ ꝑ posterioꝝ. Causa aūt q̄re ꝑpositio dyaletica sumit vtrāꜫ ꝑtē ɔdictionis ꝑt eē ex eo ꝙ nihil ꝓhibet q̄dā falsa q̄buſdā v̄is eē ꝓbabiliora: ut dr̄. 8° topicoꝝ. ꝛ qꝛ dyaletic⁹ ꝓcedit ex ꝓbabilib⁹. iō sumit utrāꜫ ꝑteꝫ ɔtradictionis. cum sit ꝓbabilis. ¶ Quinta difficltas. quare sill's dicitur oro. ꝛ nō orones. Respondet boecius ꝙ diffō sillogismi sic ē intelligēda. Sillogism⁹ ē oro .i. ɔgeries orōnū i q̄ q̄buſdā .s. duab⁹ p̄missis: positis .i. dispositis i mō ꝛ figura. aliō q̄dē .s. ɔcl'o q̄ ē alia ab his q̄ posita sūt .i. a p̄missis debite dispositis accidit .i. sequit̄ de necītate. eo ꝙ hic sūt .i. ꝑpt̄ debitā dispositionē p̄missaꝝ. ¶ Sexta difficultas. qd̄ ē substātiuū istoꝝ duoꝝ adiectiuorum alicui⁹ aut uni⁹ ꝛ pluriū positoꝝ i diffōibus sillogismi pfeci ꝛ impfci. R̄ndet ꝙ illoꝝ adiectiuoꝝ uaria sūt substātiua. ꝫm ꝙ dupl'r hꝫ diffōnes p̄nt expōi. nā uno mō sic exponit̄ diffinitio sill'i iperfecti. ē ille sillo⁹ uni⁹ idiget .i. uno .s. ɔuersione uel transpositione. aut pluriū .i. plurib⁹ .s. ɔuersione ꝛ transpositōe sil'. Alio mō sic pōt exponi. sillogism⁹ ipse/ct⁹ ē q idiget vni⁹ .i. ɔuersione vni⁹ ꝑpōis. aut pl'iū. idest ɔuersiōe pluriū ꝑpōuꝫ ꝛ trāspōe sil'. que q̄dē sūt necessaria .i. q sillogismi hn̄t euidētē necessitatem illatōis ꝑ sūptos t̄minos. idest ꝙ maneāt idem t̄mini. nō aūt ꝑ sūptas ꝑpōnes. qꝛ nō manēt eedem.

Conclusio R̄nsalis. Ad hūc librū primū noue logice spectat detmīnare ð sill'o simpl'r .i. icōtracto. pꝫ. qꝛ de cōiorib⁹ ꝛ magis vl'ibus pri⁹ ē ðterminādū. sꝫ sillo⁹ simpl'r ē ɔior ꝛ magis vl'is q̄ oratio cū oīs oratio sit sill's. ꝛ nō eɔ. maior ē phi i ꝑhe° phicoꝝ. mior ē ari. i p̄n° pmi. ca: scōi tractat⁹ hui⁹ libri. igr ɔ° v̄a.

Primo dubitat̄. vtrum sill's simpliciter sit subm̄ h⁹ libri poꝝ. Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ sill's simpl'r est subꝫ toti⁹ logice ergo non ē subꝫ istius ꝑtis. tꝫ ɔña. qꝛ nihil idē ē sbꝫ ꝛ toti⁹ ꝛ ꝑtis. ¶ 2° sic. sill's simpl'r trāscēdit methas h⁹ scie. ergo nō ē subm tꝫ ɔña. qꝛ subm dꝫ eē adeq̄tū scie. añs pꝫ. qꝛ sillo⁹. simpl'r se extēdit ad sill'ꝫ dyaleticū ꝛ demōstratiuū de q̄b⁹ nō agit̄ in h libro sꝫ in libro thopicoꝝ. ꝛ posterioꝝ. ergo sill's simpl'r nō ē subꝫ h⁹ libri. ¶ 3° sic. sillogism⁹ simpl'r nō v̄ificat̄ ð p̄ncipal'r ɔsideratis i h li. ergo nō ē subꝫ. tꝫ ɔña. ꝑ ɔditōes sbi attributōis. añs pꝫ. qꝛ i hoc libro p̄ncipal'r ɔsiderat̄ ð .4. sp̄eb⁹ argumētatōis. q̄ sūt iductio. ētiema: ex^{m} ꝛ sill's. modo sillo⁹ nō v̄ificat̄ de illis sp̄eb⁹. ergo ꝛc̄. ¶ In oppo^{m} ē ari. ꝛ oēs sui expositores. ¶ R̄ndet ad dubiū ꝑ duas distictōes. ꝛ duo dcā. ¶ P̄ri^{a} distictio. sillogism⁹ simpl'r .i. nō ɔtract⁹ sine addito pōt dupliciter ɔsiderari. vno mō ꝫm rōnē ei⁹ gn̄alē pcisā .n. descēdendo ad aliquā ei⁹ rōnē sp̄alē. ꝛ tūc sillo⁹ dr̄ eē ɔña sui ɔñtis v̄e illatiua. vel alio mō ɔsiderat̄ sillo⁹ ꝫm rōneꝫ ei⁹ gn̄aleꝫ nō pcisā. ꝛ tūc sillo⁹ ē ɔña sui ɔñtis vere illatiua. ꝛ vere vel appent̄ ꝓbatiua. ¶ Scōa distictio. sillo⁹ simpl'r pōt ɔsiderari dupl'r. vno mō prime itētōal'r. ꝛ sic ē q̄daꝫ oro ɔposita ex añte ꝛ ɔsequēte Alio mō ꝑt capi scōe itētional'r ꝛ tūc ē q̄daꝫ respect⁹ rōnis fūdat⁹ sup hitudine añtis ꝛ ɔsequētis. p^{m} dcm̄. sillo⁹ simpl'r p̄me itētōal'r quātū ad rōnem ei⁹ gn̄alē nō pcisā ɔsiderat⁹ non est subm̄ libri prioꝝ. p̄ma ps patꝫ. qꝛ sillo⁹ sūpt⁹ p̄me itētōal'r ē q̄d ɔplexū g° nō est subꝫ. scōa ps pꝫ. qꝛ sillo⁹ cōsiderat⁹ quātū ad rōalem eius gn̄alē nō pcisā trāscēdit methas h⁹ scie. vt p̄us deducebat̄ i scōo argumento. ¶ Ad rōes dubij. Ad primā dr̄ ꝙ sillogism⁹ simpl'r ɔsideratus q̄tū ad rōem gn̄alē eius non pcisā est subm̄ toti⁹ logice. sꝫ ipe consideratus q̄tū ad eius rationē gn̄aleꝫ pcisā est subꝫ hui⁹ libri. Et ꝑ idē respondet̄ ad scōam. Ad 3iā dr̄ ꝙ sillogism⁹ simpl'r qui ponebat̄ esse subm h⁹ libri nō ē species argumētationis sꝫ cū ipa argumētatōe ɔuertit̄. qꝛ habēt eandē rōeꝫ formalē pcise. nā argu⁹ in gn̄alitate sua sūpta nō videt̄ icludere i sua rōe formali nisi v̄tutē illatiuaꝫ: quā pcise icludit sillogism⁹ simpl'r. vt patuit. ꝛ sic accepit ysidor⁹. 9. ethimologiaꝝ dicēs ꝙ sill's grece ideꝫ ē qd̄ argu⁹ latie. ideo sicut argumētatio est diuisibilis de ētimemate inductōe ꝛ exēplo. ita ēt sillogism⁹ simpl'r de eisdē v̄ificat̄ Scōm dcm̄. sillo⁹ simpl'r sūpt⁹ scōe itentōal'r ꝛ q̄tū ad rōneꝫ eius generalē pcisā est subm̄ libri poꝝ. quia sillo⁹ sic considerat⁹ habet ꝑtes sbiuas. cuiusmodi sūt sillogismi facti i barbara ꝛ celarent. ꝛc̄. vt isra patebit. Habꝫ etiaꝫ principia que sūt in triplici dr̄a. naꝫ quedam sūt mat̄ialia. sicut t̄mini ꝛ ꝑpōnes. quedā vero formalia. sicut modus ꝛ figura. ꝛ quedaꝫ regulatiua siue probatiua. sicut sunt dici de oī. ꝛ dici de nullo. Habet etiaꝫ passiones de ipo demonstrabiles. vt sunt iste. scilicet constare ex tribus terminis. cōstare ex duab⁹ ꝑpōnibus. concludere vniuersalit̄. concludere particulariter. concludere affirmatiue vel negatiue. ergo est subiectuꝫ.

Secundo dubitat̄. vtrū sillo⁹ simplicit̄ sit gen⁹ respectu sillogismi demonstrati ui. dyaletici. ꝛ sophistici. Et videt̄ ꝙ sic ꝑ aristo. ꝑ thopicoꝝ correlarie inferentē. spēs igit̄ vt figuralit̄ sic cōpleti affirmatiue sūt que dicta sūt. in quo vr̄ innuere ꝙ sillo⁹ demonstratiuus dyaletic⁹ ꝛ sophistic⁹ sūt species sillogismi simplr̄. ergo sillo⁹ simplr̄ est genus. Secūdo sic. sillo⁹ simplr̄ vere ꝑdicatur in qd de his tribus tanq̄ de differētib⁹ spē. ergo ē gen⁹ eoꝝ. consequentia tꝫ ꝑ diffinitionē gn̄is. antecedēs ꝓ prima pte pꝫ. q2 si querat̄ quid est sillo⁹ dyaletic⁹ cōuenienter rn̄detur ꝙ est sillo⁹ ꝛ sic de alijs. 2ᵃ ps patet. q: sillogismus demonstratiuus ꝛ sillo⁹ dyaleticus plus dn̄t q̄ duo sillogismi dyaletici inter se. aut q̄ duo sillogismi demonstratiui inter se: sꝫ duo sillogismi dyaletici adinuicem. aut etiam duo silli demonstratiui differūt nūero inter se. ergo sillo⁹ demonstratiuus ꝛ dyaleticus dn̄t plusq̄ numero: ꝛ ꝑ ɔsequens differūt specie: Tertio sic: q2 sillogismus simplr̄ se habet ad illos tres sillogismos sic̄ genus vel totū in modo vt vr̄ a sufficienti diuisione: non 2ᵐ: q2 totū in modo est terminus sūptus sine addito respectu suiipsius sū pticū addito: sed sillogismus simplr̄ n̄ est termius sūptus sine addito: sꝫ potius cū addito: vtputa cū illo addito simplr̄: ergo relinquitur ꝙ erit genus ¶ In oppoᵐ arguit̄. q2 si sillogismus simplicit̄ sit genus ad illos sillogismos: seq̄ret̄ ꝙ ad librū p̄oꝝ simul spectaret determinare de sillogismo simplr̄ dyaletico ꝛ demonstratiuo qđ est falsū. ¶ Rn̄det̄ ad dubiū ꝑ quinq̄ dcā. Priᵐ est istud. ꝙ genus dꝫ ɔbi ad suas spēs ꝑ dn̄ias essentiales ꝛ formales. nō aūt m̄ales. pꝫ. q2 que sūt diuersaꝝ spēꝝ hn̄ hn̄t eandē m̄am. sicut hō ꝛ asinus. sed nūq̄ possūt hr̄e eandem formam vltimatā ꝛ eis adequatā. ideo dn̄a m̄alis n̄ fac̄ dn̄am specificā sed potius nūeralem. ideo si gen⁹ ɔbatur ad aliqua inferiora sua ꝑ dn̄ias m̄ariales tūc ꝑ hꝰ dn̄as talia iferiora differrent nūeralr̄ tm̄ ꝛ n̄ specifice. ¶ 2ᵐ dcm̄. ex pte forme silli vl̄ cuiuscūq̄ alteri⁹ ɔn̄e formalis. 4. videnī se tenere. pᵐ est q̄titas ꝓpōnū rōne cuius silli facti in barbara ꝛ in darij non sunt eiusdem forme eo ꝙ premisse non sunt eiusdem q̄titatis. Secundū. ē qualitas ꝓpositionū. rōne cui⁹ sillogismi facti i barbara. ꝛ silli facti in celarēt non sunt eiusdem forme. ex eo ꝙ p̄misse nō sūt eiusdem qualitatis. 3ᵐ est ꝙ copula tam ꝑncipalis q̄ min⁹ ꝑncipalis. cuiusmodi sūt tp̄s ꝛ modus āpliationis ꝛ restrictionis copularum rōe cuius silli ɔstituti ex ꝓpositiōibus de inesse. ꝛ silli constituti ex ꝓpōnibus modalibus non sunt eiusdem forme. 4ᵐ. est situs ꝛ ordo terminorum ꝛ ꝓpositionū: virtute cuius ordinis ɔclusio sequitur formalr̄ ex p̄missis. ɔ̄sectu cui⁹ silli p̄me figure n̄ sūt eiusdē forme cū sillis scđe aut t̄tie figuraꝝ. Sꝫ ex pte m̄arie silli se tenēt t̄mi ꝛ p̄misse ꝛ ēt ɔditiones earūdem. vt v̄itas falsitas. necitas ꝛ ꝓbabilitas. notioritas. ꝛc̄. ¶ Tertiū dcm̄. sillo⁹ dr̄ demonstratiu⁹ ꝓpter necitatē p̄missaꝝ. q2. s. p̄misse sūt necessarie. ꝛ silli dr̄ dyaleticus ꝓpter ꝓbabilitatē p̄missaꝝ. q2. s. ꝓcedit ex p̄missis ꝓbabilib⁹ vt ari. vr̄ innuere in 2ᵒ dn̄a quā ponit iter ꝓpōem demonstratiuā ꝛ dyaleticam. Ex quib⁹ correlarie sequit̄ ꝙ esse demonstratiuū ꝛ eē dyaleticū sūt dn̄e m̄ales silli. q2 sillo⁹ dr̄ demonstratiu⁹ vt patuit ꝓpt̄ necitatē p̄missaꝝ. ꝛ dr̄ dyaleticus ꝓpt̄ ꝓbabilitatē earūdē. mō necitas ꝛ ꝓbabilitas sunt ɔditiones se tenētes ex pte m̄ae. g̊ eē demonstratiuū ꝛ eē dyaleticū sūt dn̄e m̄ales silli. ¶ 4ᵐ dcꝫ. sillo⁹ simplr̄ n̄ est gen⁹ respectu silli dyaletici demonstratiui. patꝫ. q2 gen⁹ dꝫ ɔbi ad suas spēs ꝑ dn̄as formales ꝛ n̄ m̄ales sed sillo⁹ simplr̄ ɔbit̄ ad illos sillōs ꝑ dn̄ias m̄ales. ɔbit̄ ei ꝑ illas dn̄as que sūt eē dyaleticū ꝛ eē demonstratiuū. sꝫ iste sūt dn̄e m̄ales silli. g̊ ꝛc̄. ¶ 5ᵐ dcm̄. sillo⁹ simplr̄ ē totū in mō respcū silli dyaletici ꝛ demonstratiui: pꝫ. quia sillo⁹ simplr̄ ē terminus sūptus sine addito. sꝫ sillo⁹ dyaletic⁹ aut demonstratiuus est idē termin⁹ sūptus cū addito. ergo ꝛc̄. Et si obijciat̄ ꝙ totū in mō dꝫ vlr̄ ꝑdicari đ suis ptibus. sic ista est vera ois ois hō albus ē hō. sed sillo⁹ simplr̄ n̄ v̄ificat̄ vlr̄ de sillō dyaletico demonstratiuo. nā iste sūt false. sillo⁹ dyaleticus ē sillo⁹ simplr̄. sillo⁹ demonstratiu⁹ ē sillo⁹ simplicit̄ quia sillo⁹ dyaleticus est sillogismus contractus ad materiam ꝓbabilē: demonstratiuus vero ad materiam necessariā. sed sillogismus simpliciter est sillogismus non ɔtractus. modo ista ē falsa. sillo⁹ ɔtract⁹ ē sillo⁹ ɔtractus. ergo silr̄ ista erit falsa sillogismus dyaleticus est sillogismus simplr̄. Rn̄detur ꝙ sillogismus simplr̄ est sills non ɔtractus. idem est in sua rōne formali ꝑscindēs a q̄cūq3 m̄a determinata sicut cōprobatione vel necessitate. sillogismus v̄o dialeticus non sic ꝑscindit. sed in rōne formali icludit materiā ꝓbabilem. ꝛ sillogismus demonstratiuus materiā necessariā. ꝛ iō huiusmodi contractio vel incōtractio nō ipedit verificationē vnius de alio. ¶ Ad rōes ante oppositū dicitur ꝙ aristo. cepit speciem large. vꝫ. pro quocunq̄ minus cōmuni respectu magis cōmunis: siue illud minus commune fuerit species vel pars in modo. ¶ Ad secūdā dicitur ꝙ sillogismus dialeticus ꝛ demonstratiu⁹ n̄ plus differūt eēntialr̄ in rōne silli simplr̄ q̄ duo demonstratiui inter se. vel duo sillogismi dialetici inter se: lꝫ tamen plus differāt i rōe silli probatiui. sicut

homo albus ꝛ homo niger essentilaiter non plus
dñnt ĩ gñe aĩalis q̃ duo hoĩes nigri g tñ dñnt nu⁹
q̃uis tñ ĩ gñe totali. vꝫ. coloris plus differãt quia
dñnt spẽ. ¶ Ad tertiã dr̃ ꝙ ista dictõ simplr̃: nõ ẽ
determinatio isti⁹ termĩ sillogismus: sꝫ ẽ determi
natio nr̃i modi ↄcipiẽdi. vt sit sensus. sillo⁹ simplr̃
idest. sillogism⁹ ↄsiderat⁹ simplr̃ scꝫ cũ p̃cisiõe a q̃
cũq̃ mã. Et iõ cum dicit̃ sillo⁹ simplr̃ nõ exprimit̃
termin⁹ cum sua determinatiõe sed tñ terminus
per se sumptus. ideo bene dicitur eẽ totuꝫ ĩ modo
respectu sill̃i demõstratiui ꝛ dialetici.

Tertio dubitat̃ que sint spẽs sill̃i simplr̃. et
cui⁹ generis sillogismus dialetic⁹
ꝛ demr̃atiu⁹ sũt spẽs: Ad p̃mam p̃tẽ põt r̃nderi ꝙ
spẽbus sillogismi simplr̃ nõ sũt noĩa imposita. sꝫ
si .a. imponeret̃ ad significãdũ sillo^m hñtẽ ordineꝫ
p̃missaꝝ penes qualitatẽ ꝛ quãtitatẽ. ꝛ penes ↄbi
tã subiectionẽ ꝛ p̃dicatiõeꝫ suoꝝ termioꝝ: ṽtute
c⁹ ordiatõis seq̃tur formalr̃ ↄclusio ĩ p̃ma figura:
tũc a eẽt spẽs vna p̃ma sillogismi simplr̃: ꝛ si b im
poneret̃ ad significãdũ dispõem p̃missarũ ẽm exi
gẽtiaꝫ scõe figure. tũc b eẽt vna alia spẽs sill̃i sim
plr̃. ꝛ c diceret̃ alia spẽs si imponeret̃ ad significã
dũ sill̃os ordinatos ĩ premissis ẽm dispõem tertie
figure. Uel põt dici ꝙ isti modi barbara celarẽt ꝛ
sic de alijs sũt spẽs sill̃i simplr̃. qꝛ de eis p̃dicat̃ es
sẽtialr̃ ꝛ ĩ quid sillogismus simplr̃ ꝛ ↄbit̃ ad illas
spẽs p̱ dr̃ias ↄhẽtes formã sillogisticã. ꝛ ita respcũ
illoꝝ modoꝝ posset dici genus cum vlterius pos
set determiari. qꝛ mã sill̃i simplr̃ dr̃ eẽ tres termi
ꝛ due p̱põẽs. sed for^a eius est debita ordiatio tri
um termioꝝ ꝛ duaꝝ p̱põum: ṽtute cuius ordis ↄ̊
sequitur formaliter ex p̃miss s. Et qꝛ isti modi bã
bara celarẽt ĩcludũt eẽntialr̃ hꝰ debitã ordiatõeꝫ
trium terminoꝝ ꝛ duaꝝ p̱põum. ideo pñt dici dif
ferẽtie formales respectu sillogismi simplr̃. ꝛ sill̃i
facti in illis modis dñr formaliter ꝛ specifice disti/
gui: ideo pñt dici species sillogismi simpliciter.
¶ Ad secũdã p̃tem dubij r̃nr per duo dicta. p̃mũ
dcm̃ est. ꝙ mã sillogismi probatiui sũt termĩ ꝛ p̱
põẽs. sed eius forma dicitur eẽ notioritas premis
saꝝ respectu cõclusiõis rõe cuius notioritatis p̃
misse hñt virtutem probãdi cõclusioneꝫ. Et ideo
ex quo iste dr̃ie que sũt eẽ dialeticum ꝛ eẽ ↄmõ
stratiuũ ĩcludũt eẽntialr̃ hꝰ notioritatem p̃missa
rum. ideo pñt dici dr̃ie formales respectu sillogis
mi probatiui cõtrahẽtis ipꝫ ad istas spẽs que sũt
sillogismus dialeticus ꝛ sillogism⁹ demõstratiu⁹
¶ Secũdũ dictum. sillogismus probatiuus ẽ ge
nus respectu sillogismi ↄmonstratiui ꝛ dialetici.
pꝫ qꝛ sillogismus probatiuus predicatur ↄ ipis in
quid. ꝛ ↄbitur per ipas ad dr̃ias formales. cuius/
modi dr̃ie sũt eẽ dialeticum ꝛ eẽ demõstratiuum
q̃uis tamẽ hmõi dr̃ie sint mãles respectu sillogis
mi simplr̃. ergo sillo⁹ p̱batiuus est gen⁹ respectu
sill̃i demõstratiui ꝛ dialetici.

Ad rationes añ oppositũ soluunt̃ in p̃ notabili. Et hec de qõne

Ueritur Utrũ dici ↄ omni ꝛ di
ci de nullo sint princi^a
q regulatiua sillogismorum. Et videtur
ꝙ nõ. quia prima principia regulatiua
sillogismoꝝ debent esse vera ꝛ necessaria. sed iste
due orationes dici de omni. ꝛ dici de nullo nõ sũt
vere ꝛ necessarie. cum nõ sint enũciationes. ergo
nõ sunt sufficientia principia regulatiua sillõrum
¶ 2⁹ arguitur sic. sillo⁹ expositorius est bonus sil/
logismus: cum eo vtat̃ aristo: tanq̃ bono sill̃o: ꝛ tñ
non regulat̃ per dici ↄ omni ꝛ dici ↄ nullo. cũ neu
tra premissarum sit vniuersalis. ergo ꝛc̃. ¶ 3⁹ ar/
guitur sic. sill̃i regl̃ati per dici ↄ omni ꝛ dici ↄ nul
lo sunt perfecti. sed multi sunt sillogismi imperfci
ergo per hmõi p̃ncipia non sufficiẽter regulantur
omnes sill̃i. maior pꝫ qꝛ aristo. ↄcludit sillõs p̃me
figure fore perfectos eo ꝙ regulantur per dici de
omni ꝛ dici de nullo. minor patet. quia sillogismi
secunde ꝛ tertie figurarum sunt imperfecti. vt pa
tet per aristotelem q ad eorum perfectiões docet
eos reducere ad modos prime figure. ¶ In op^m
est aristoteles.

Primo sciẽdũ ẽ ꝙ p̱ declaratõe termino
rum ponũtur tres difficultates. p̃^a
est. ex quo cuilꝫ sillo⁹ competit diffõ sillogismi sim
plr̃ quare dicitur aliquis imperfectus. R̃ñdetur Quare syllog imperfectus
p̱ distinctõem qꝛ sillogismi duplex ẽ perfectio. q̃dã
est perfectio essentialis que consistit ĩ debita dispõ
ne ꝛ ordinatione trium termioꝝ ꝛ duaꝝ p̱põum
ꝛ ĩ tali perfectõe q̃libet sillo⁹ cuiuscunq̃ figure est
perfectus. alia est accñtalis que ↄsistit ĩ euidẽti il
latõe conclusionis que euidẽtia ↄuenit sillo⁹ eo ꝙ ĩ
mediate regulatur p̱ dici ↄ oĩ si sit affirmatiu⁹ aut
dici ↄ nullo si sit negatiu⁹. ꝛ ĩ tali perfectõe accñta
li dñr sillogismi p̃me figure esse perfecti. sillogismi
secũde ꝛ tertie figurarum dñr ĩperfecti. q vt perfi
ciãtur indigent reductõe ad sillõs siue modos pri
me figure. vnde reducere sillõs ĩperfcõs ad p̱fcõs
ẽ oñdere euidẽtẽ illatõeꝫ necessariam vnius sillo
gismi q est ĩeuidens per aliã necessariã illatõem q̃
ẽ euidẽs. ¶ Secũda difficl̃tas. qd ẽ sillm̃ regula
ri p̱ dici ↄ oĩ aut dici ↄ nullo. R̃ñdet̃ ꝙ est tres ter

miosꝭ debita for^a fil^l ogiſtica formal^r ordiare ſm
exigētiā maioris i q̄ ē dici de oi aut dici de nullo.
¶ 3ª diffi. q̄re dici de oi ꝛ dici de nullo dn̄r eē pn
cipia regulatiua ſillogiſmoꝝ. ^Rn̄deꝭ ꝑ duo dcā.
p^m ē iſtud. null^9 ſill^s ē bon^9 niſi reguleꝭ ꝑ dici de oi
ſi ſit affirmatiu^9 vel dici de nullo ſi ſit negatiu^9. ſ3
dn̄r ter. q2 ſill^i p̄me figure imediate regulāꝭ ꝑ hn̄ ōi
pricipia: ſed ſill^i ſecūde ꝛ tertie figuraꝝ cū ſint im
pfci ſolū regulāꝭ idirecte ꝛ mediate. ſ. p^9 reductio
nē ipoꝝ ad modos p̄me figure. ¶ z^m di. iſta orō.
dici ō oi circūlogꝭ nobis vnā ppōe3 verā maximā
ꝛ euidētē. ſ. iſtā. q̄cq̄d dr̄ de ſubo diſtributo dr̄ de
quolib3 ↄtēto ſub eo. ꝑ quā maximā regulāꝭ oēs
ſillogiſmi affirmatiui vt ſi q̄s neget ↄn̄a3 factam i
barbara pōt ſic probari q2 q̄cq̄d dr̄ de ſubo diſtri
buto dr̄ de quol3 ↄtēto ſub eo. ſ3 i barbara maior
extremitas dr̄ de medio diſtributo i maiore ppōe
ḡ diceꝭ de quol3 ↄtēto ſub eo. mō minor extrēitas
ē quoddā ſuppoſitū medij. ḡ i ↄclōe maior extremi
tas diceꝭ de miori. ꝛ ſil^r poſſet dici de oīb^9 alijs cō
ſequētijs affirmatis. Cōſil^r ꝛ iſta orō ipſcā dici de
nullo eq̄pollet iſti maxīe. q̄cq̄d remoueꝭ ab aliq̄ ſb
iecto diſtributo illud idē remoueꝭ a quol3 cōtēto
ſub eo. ſm quā maximā regulāꝭ oēs ſillogiſmi ne
gatiui. vt facil^r patere poteſt iuēti.

Secundo ſciēdū ē q̄ i 3°. c°. determiat ari.
de pricipijs regulatis ſillōꝝ que
ſūt dici de oi ꝛ dici de nullo. Et itēdit duas ↄcluſi
ones. p̄ma ē h̄. alteꝝ eē i altero toto. ꝛ alteꝝ p̄dica
ri de altero oñdēdū ē vl^r. h̄ ē dici de oi ꝛ eē i toto
ſūt idē. iō ſufficit diffinire alteꝝ illoꝝ. ¶ z^a ↄ°. tā
git diffōem ei^9 q̄ eſt dici ō oi ꝛ ē hec. dicim^9 eni de
oi p̄dicari qn̄ nihil ē ſumere ſub ſbō de quo alterū
. ſ. p̄dicatū nō dicaꝭ. Et addit q̄ ſil^r pōt accipi dif
f°. h^9 qō eſt dici de nullo. ꝛ ē qn̄ nihil ē ſumere ſb ſb
iecto ſubi a quo nō remoueaꝭ p̄dicatū. Et dic̄ egi
dius q̄ ariſto. dicit ſbi ꝛ n̄ ſubō vt ↄp̄hēdat tā par
tes ſubiectiuas q̄3 ptes itegrales. q2 l3 ptes ſbiue
poſite ſint ſub ipō toto qō ē quoddā ſbm̄. tn̄ ptes i/
tegrales i ppōe dn̄r eē ſub ſuo toto tanq̄3 ſub ſbo
vtreq̄3 tn̄ partes ſūt toti^9 vt ſbi. Et ſi dicaꝭ i hac p
pōe: ſor. currit nihil ē ſumere ſub ſbo de q̄ n̄ dicaꝭ
p̄dicatū. eo q̄ ſub ſor. nullū ſit iferius. ꝛ tn̄ ibi nō ē
dici de oi. ḡ ꝛc. ^Rn̄deꝭ q̄ iſta dif°. n̄ d3 itelligi pur̄
negatiue. ſed eq̄pollet iſti affirmatie dici ō oi ē p/
pō vl^is in q̄ p̄dicatū denotaꝭ vl^r ↄuenire cuilibet
ſuppoſito ſubi. Et ſil^r exponi poſſet dif°. ei^9 qō eſt
dici de nullo. ſic. ſ. Dici de nullo ē ppō vl^is negati
ua i qua predicatum denotatur vl^r remoueri a q̄
libet ſuppoſito ſubiecti.

Tertio notādū q̄ circa hūc tex. acidūt tres
difficul. p^a eſt. vtꝝ dici de oi ꝛ eē in
toto ſint p̄ciſe ſino^{ma}. ^Rn̄r q̄ l3 ſint idē ſ3 rē tn̄ dif
ferūt ſm rōe3: q̄re n̄ ſūt ſinonima. nā eē i toto ē cō
ditio reſpe^a ſbi i ordie ad p̄dicatū. q2 p̄dicatū cōti
net totū ſic ſupi^9 ſuū iſeri^9. ſ3 dici de oi ē ↄditio re
ſpectiua p̄dicatii ordie ad ſubm̄. q2. ſ. p̄dicatū dr̄ ō
oib^9 ſuppoſitis ſbi. ¶ z^a difficultas. vtꝝ in hac ꝑ
pōe. hō ē aial ſit dici de oi. ꝛ vr̄ q̄ ſic. q2 p̄dicatu3
dr̄ ve de quol3 ſuppoſito ſbi. ḡ ꝛc. ¶ In op^m tn̄ ar
guiꝭ q2 p̄dicatū nō denotaꝭ vl^r ieē cuil3 ſuppoſito
ſbi. ḡ. rn̄r ꝑ vnā diſtictionē. q̄ duplex ē dici de oi.
qōdā ē p̄oriſticū ꝛ ē p̄dicatū dici affir^e ō ſbo diſtri
buto. vt ois hō ē aial. Aliud ē dici de oi poſteriori
ſticū qō ē p̄dicatū affirmari de ſbo ꝑ quol3 ei^9 ſup
poſito ꝛ ꝑ quol3 tpe. ſicut i qual3 ppōe directa in
mā nāli. Tūc dr̄ q̄ i hac ppōe. hō ē aial ē dici ō oi
poſterioriſticū. ꝛ n̄ dici de oi p̄oriſticū. ¶ 3^a diffi. q̄
l^r cōueniūt ꝛ dn̄t dici de oi poſterioriſticū ꝛ dici
de oi p̄oriſticū. ^Rn̄r q̄ dupl^r ↄueniūt ꝛ tripl^r dif
ferūt. ↄueniūt prio q2 repiūꭲ in eadē ppōe. vt p3 i
iſta. ois hō ē aial. ibi eni ē dici ō oi prioriſticū eo q̄
p̄dicatū dr̄ affirmatiue de ſbo diſtributo ꝛ ēt dici
de oi poſterioriſticū qō tn̄ nō iueniꭲ i ſua ↄuertēte
q2 p̄dicatū dr̄ ve ꝛ affirmatiue de ſbo ꝑ quol3 ſup
poſito ꝛ ꝑ quolib3 tpe. z°. ↄueniūt q2 q̄nq̄3 i ppōne
ↄuerſa repiꭲ dici de oi poſterioriſticū vel p̄oriſti^m
qō tn̄ n̄ iueniꭲ in ſua ↄuertēte. ſicut in iſta. hō ē ani
mal ē dici de oi p̄oriſticū quod tn̄ n̄ inueiꭲ i ſua cō
uertēte. ſ. i iſta. quoddā aial eſt hō. ſil^r i iſta. ois hō
currit ē dici de oi p̄oriſticū. ꝛ tn̄ in ſua ↄuertēte q̄
ē iſta. quoddā currēs eſt hō n̄ eſt dici de oi p̄oriſti^m
Dn̄t aūt primo ſic q2 dici de omni prioriſticū re
pitur ſolum in ppōe vniuerſali. Sed dici de oi po
ſterioriſticū poteſt reperiri tam i ppōe vl^i q̄3 parti
culari vel indefinita. Secūdo differūt quia dici ō
oi prioriſticum reperitur tam in ppōe vera q̄3 fal
ſa vel impoſſibili. Sed dici ō omni poſterioriſticū
reperiꭲ ſolum in ppōne vera ꝛ neceſſaria. Tertio
dn̄t quia ad dici de omni prioriſticū ſufficit vl^itaꭲ
ſuppoſitorum. Sed ad dici de oi poſterioriſticum
req̄ritur vl^itas ſuppoſitoꝝ ꝛ tēpoꝝ ſimul.

Primo dubitat̄. vtrum oīs notitia fiat ex preexistēti cognitione. ¶ Et videtur ꝙ nō. qꝛ notitia sensitiua nō fit ex preexñti cognitōe neqꝫ etiā itellectiua. quod pꝫ. qꝛ tāta ē ꝓpoꝛtio inter intellectū ꝛ suū obm̄ q̄ta est iter sensuꝫ ꝛ suū obm̄. sed sensus apprehēdit aliquod sēsibile d nouo nullo obō pri⁹ cognito. ergo similiter itellcūs potest aliquod itelligibile pri⁹ apprehēdere nullo obiecto prius cognito vel apprehenso. Et confirmatur quia quicquid potest virtus inferioꝛ illud potest virtus superioꝛ. sed intellectus est virtus superioꝛ ad sensum. ergo cū sensus possit habere notitiā sensitiuā nō p̄exñte aliqua notitia sensitia. ita ꝛ intellectus poterit habere aliquā notitiā intellectiuam nulla notitia sēsitiua preexñte. ¶ 2⁹ sic. notitia n̄ generat̄ ex alia nisi per discursū. sed discursus est a p̄missis ad ɔclusiōem. ergo videt̄ ꝙ oīs notitia q̄ generat̄ ex alia sit completa. ꝛ per ɔñs habetur saltē ꝙ nulla notitia intellectiua incomplexa fit ex aliqua notitia intellectia preexistēte. ¶ In oppositum arguitur per aristotelem ꝓbantē ꝙ oīs doctrina ꝛ omnis disciplina intellectiua fit ex preexistenti cognitione. ¶ Respondetur per quinꝗ distinctiones ꝛ vnū dictum. ¶ Prima distinctio: duplex est cognitio. quedam est est sēsitiua. ꝛ est il

là notitia quā h3 sēsus de obiecto sēsibili sibi presētato. alia est cognitio itellectiua ⁊ est illa notitia quam h3 itellectus de obiecto itelligibili presētato in se vel per propriam spēm vel per spēm alterius virtualr' ipm cōtinētis. ⁋ Secūda di°. duplex ē cognitio sēsitiua. quedam ē iterior quam h3 sensus interior de obiecto suo. alia ē exterior quā h3 sensus exterior de obiecto suo. ⁊ vtraq3 illaru3 adhuc ē duplex. quedam ē icomplexa qua .s. sensus iterior vel exterior apprehēdit vnum obm̄ sēsibile per se ⁊ solitarie. alia est complexa qua apprehendit vnum obm̄ sēsibile per compationē ad aliud. sicut p3 de illa 9clōne. luna eclipsatur. que quādoq3 sēsu visus pcipit'. ⁋ 3ª di°. cognitio intellectiua est duplex. quedam ē icomplexa q̄ ē de obo icomplexo. cuiusmodi ē cognitio itellectiua termioꝝ. alia ē complexa que ē de obiecto complexo. sicut ē cognitio ppōnum. ⁋ 4ª di°. cognitio intellectiua cōplexa ē duplex. s. pncipiorum ⁊ 9clōum. ⁋ 5ª di°. cognitio pncipioꝝ ⁊ 9clōum est duplex. quedam ē itellectiua. alia ē sensitiua. ⁋ Dem̄ ē istud. cognitō intellectiua conclōum fit ex preexistēti cognitōe itellectiā pncipioꝝ. ⁊ cognitio intellectiā pncipioꝝ fit ex preexn̄ti cognitōe itellectiā t'mioꝝ. cognitō vero itellectiua termioꝝ fit ex preexn̄ti cognitiōe sensitiua iteriori. sed cognitio sēsitiua iterior fit ex pexn̄ti cognitiōe sēsitiua exteriori. ⁊ ibi ē status q2 cognitio sēsitiua exterior saltem icomplexa n̄ fit ex pexistenti cognitione. ⁋ Et ad pmā rōem rn̄detur negādo maiorem. ponēdo duas dr̄ias iter itellectum ⁊ sēsum. quarum prima se tenet ex pte obiecti. nam sēsibile quod ē obm̄ sēsus existit i re proportionaliter ipsi sensui. ⁊ ideo sēsus apprehendit statim suum pprium sensibile nullo alio precognito. sed intelligibile l3 sit proportionabile itellectui post abstractionē. ante abstractionē nō existit i re pportionatum ipi intellectui. ideo intellectus ad hoc q̄ intelligat. aliquid prereqrit. indiget enim intellectu agente disponēte obm̄ vt fiat proportionatum intellectui. indiget etiam sensibus exterioribus. quia intellectus noster pro statu vie nō ē natus accipe notitiā nisi p misteriū sēsus. Alia dr̄a se tenet ex parte potentiaꝝ. q2 intellectui conuenit discurrere de vno in aliud ratione cuius intellcs deuenit de notitia vnius in notitiam alterius. tal' autem discursus n̄ 9uenit sēsui. immo sēsus tātu3 successiue suum sēsibile apprehēdit. ⁋ Ad cōfirmatiōem dicitur q̄ i quodcūq3 sēsibile potest sensus sentiendo. in idem sensibile potest intellectus ipsum per abstractionem intelligēdo l3 nō similit'.

q2 sensus percipit sensibile nulla cognitione pexistēte. quod n̄ 9petit intellectui. ⁋ Ad secūdā rn̄detur per distictionē. na3 quadrupliciter potest aliq̄ scia causari ab alia. Uno modo obiectiue. ⁊ sic ex notitia sensitiua causat' notitia intellectiua. q2 notitia sensitiua est sicut obiectum intellectus ideo ex ea causatur obiectiue notitia intellectiua. Secūdo modo elicitiue. ⁊ sic notitia sensitiā interior causatur ex notitia sensitiua exteriori. ⁊ etiam notitia itellectiua ex alia. quia vt vult 9mētator. auicena. ⁊ alij expositores. virtus extimatiua siue cognitia ex intentionibus sensatis elicit intentiones nō sensatas. sicut ouis ex motu ⁊ figura lupi sensatis sensu visus. elicit speciem inimicitie nullo sensu sēsatam. sic ⁊ intellectus cum sit virtus superior a spēbus accidentium potest elicere speciem substātie. ⁊ sic ex cognitione accidentium causatur elicitiue notitia substantie. Tertio modo abstractiue quia ex conceptu confuso albi quo cōfuse ⁊ indistincte intellectus concipit albedinem ⁊ subiectum eius. potest intellectus abstrahere duos conceptus distinctos seorsum. scilicet 9ceptum accidentis ⁊ cōceptū substantie. ergo ex vna notitia 9fusa causat' abstractiue aliqua notitia propria. Quarto modo discursiue causatur vna notitia ab alia q2 ex notitia premissaꝝ discurrēdo ad conclusionem causatur notitia ipsius conclusionis.

Secundo dubitatur. vtrum notitia scientifica sillogismi dmōstratiui acgratur per sillo^m demōstratiuū. ⁋ Et videt' q̄ nō. quia sillogismus per quē acquirit' scientia de sillogismo demōstratiuo procedit ex cōibus ⁊ non ex proprijs. ergo non est demonstratiuus. tenet 9n̄a. quia sillogismus demōstratiuus debet procedere ex pprijs. an̄s p3 quia si per aliquem sillogismum acquireret' scia de sillogismo demōstratiuo maxime esset per istum. oīs sillogismus procedēs ex pmissis veris ⁊ immediatis facit scire. sed omnis sillogismus demōstratiuus est huiusmodi. ergo oīs sillogismus demōstratiu' facit scire. sed hoc nō p3. quia ille sillo' procedit ex cōmunibus applicabilibus cuilibet materie. ergo non ē demōstratiuus. ⁋ In oppositū arguit' quia oīs notitia scientifica acgritur p aliquem discursū. ergo notitia sciētificª sillogismi demōstratiui d3 acquiri per discursū. vel ergo ille discursus ē sciētificus. vel nō. nō z^m. quia talis est composit' ex duab' pmissis in modo ⁊ figura dispositis: vt patuit arguendo ante oppositum. Si detur q̄ talis discursus sit sillogisticus. vel ergo erit sillo' simplr'. vel sophisticus. neutru3

potest dici. vt de se p3. aut erit dyaleticus. s3 hoc nõ q2 sillogismus dyaleticus nõ est gn̄atiuus sciẽtie. sed opinionis. relinquitur ꝙ ꝙ talis discursus est sill'9 demõstratiu9 vel oportebit ponere aliquẽ alium sill'3 a p̄dictis. ⁊ oñr oporteret ponere alia3 logicam docẽtẽ illũ sill'm. ¶ Ad dubiũ rñdet per tres suppões ⁊ vnum dictum. Prima suppõ. ꝙdo cunq3 aliq̄ passio demõstrat̄ de aliquo supiori vł' s̄upto. ẽt ex oñti d'mõstrat̄ de quolib3 iferiori illi9 supioris. ¶ Secũda suppõ. oẽ illõ ex quo pcedit demõstratio d3 eẽ notũ. ⁊ illud ad qõ tẽdit d3 esse ignotũ. ¶ 3ª suppõ. l3 iplicet 3dictionẽ eadẽ ppõnẽ eẽ sil' notã ⁊ ignotã ab eodẽ intellectu. tamẽ nõ est icõueniẽs idẽ subm̄ ab eodẽ intellectu eẽ sim' notũ ⁊ ignotũ respectu diuersoꝝ predicatorũ. vt idẽ intellectus põt simul scire ꝙ aliquis hõ sit rõalis ⁊ ignorare de eodẽ ꝙ sit alb9 vel sedẽs. ¶ Dc3 est istud. nõ est incõueniẽs ꝙ illa demõstratio pri9 facta añ argumẽtum in opp^m dubij per quã acgritur notitia sciẽtifica sillogismi demõstratiui sit sil' nota ⁊ ignota respectu diuersoꝝ p̄dicatoꝝ q2 intellectus noster cognoscẽs disiõe3 demõstratõis scit illã particularẽ demõstrationẽ eẽ demõstratõem. ignorat tamẽ illã facere scire eo ꝙ nõdum h3 h̃itũ sciẽtificũ de hac 3clusione. oĩs demr̃atio fac̄ scire Et ex hoc satis p3 rñsio ad dubium. ¶ Et ad rationẽ añ opp^m rñdet per vnã distictionẽ. Dupl'r cõtingit intelligere demr̃ationẽ pcedere ex pprijs. Uno9 ꝙ pcedat ex ppĩs simpl'r ⁊ in se. ⁊ sic non o3 demr̃ationẽ pcedere ex pprijs. alias nulla eẽt demõstratio methaphysicalis cum methaphysicalia sint oib9 cõia. Alio9 potest intelligi demr̃atio pcedere ex ppĩs in ordine ad 3clõe3. q2. s. p̄missę explicãt ppam cãm ⁊ imediatã 3clõis. ⁊ sic oĩs demr̃atõ d3 pcedere ex proprijs.

Tertio Dubitat̄. vtꝝ doctrina ⁊ disciplina sint vn9 ⁊ idẽ habit9. Pro solutiõe ponũtur tres difficultates. ¶ P̄ma est hec. vtꝝ notitia p̄mi pricipij 3plexi sit doctrina vel disciplina. Rñdet ꝙ nec sic. nec sic. c9rõ est. q2 doctrina aut disciplia d'r notitia alic9 ppõis que p̄ appet dubia aut falsa. sed prima p̄ncipia nõ pñt videri falsa aut dubia. ergo notitia p̄moꝝ pricipioꝝ nec est doctrina nec disciplina. maior p3 per linconiẽsẽ dicẽtem ꝙ nõ docemur vel adiscimus nisi illud qõ cũ p̄ 3cipimus est nobis dubium vel apparet falsũ. ⁊ p9 dubitationẽ ⁊ 3riam opinionẽ manifestat̄ nobis eius ṽitas. mior p3: q2 sicut graue de nã sua est inclinatũ ad grauãdum si nõ impediatur. ita intellectus de nã sua inclinat̄ ad assentiẽdũ ṽo sibi pñtato. ita ꝙ ñ potest tali vero sibi pñtato nõ assentire. cũ ꝙ p̄ª pricipia sint vera ⁊ euidẽtissima nõ pñt intellectui appere falsa aut dubia. ¶ Secũda diffi. vtꝝ notitia 3clusiõis debeat dici doctrina ⁊ disciplina. rñdetur affirmatiue ꝙ sic. ⁊ vt patuit habit9 conclusionis que p̄us erat dubia vł' apparens falsa vocatur doctria ⁊ disciplina. sed 3clusio añ demr̃atõe3 est dubia vel apparẽs falsa. ⁊ per demr̃ationẽ manifestatur eius ṽitas: ergo ei9 cognitio vel habit9 3clusionis vocat̄ doctrina ⁊ discipliã. l3 d'nter. q2 vt vult albert9. habit9 3clõnis d'r disciplina p tãto ꝙ est habit9 gescẽs in aĩa scientis. sed ille idẽ habitus d'r doctrina iq̄tu3 pcedit a doctore in discipulum. vel põt dici ꝙ per doctrinã intelligit aristoteles sciam acq̄sitã mediãte doctore. ⁊ p disciplina3 intelligit sciam acq̄sita3 p iuẽtionẽ. q2 vtraq3 fit ex p̄exñti cognitione. ¶ 3ª diffi. quis vocatur doctor gn̄ans sciam. Rñdet liconiẽsis ꝙ nec ille q exterius docet. nec lr̃a scripta exteri9 visa pprie d3 vocari doctor. sed hec duo mouẽt ⁊ excitãt. sed ver9 doctor est qui mẽtem illuminat ⁊ veritatẽ oñdit. ⁊ ille est intellectus qui qñ h3 notitiã aliquaꝝ p̄missarũ ⁊ cũ hoc videt necessariam illationẽ alic9 3clusiõis ex illis premissis causat in seipõ scia3 vel doctrinã illius conclusionis. Ex quo p3 ꝙ idẽ potest eẽ doctor ⁊ discipulus. nã intellect9 p q̄to cãt illam doctrinã d'r doctor. vt vero eã recipit d'r discipulus. Ex his p3 rñsio ad dubiũ ꝙ doctrina ⁊ discipliã sũt idem habitus conclusionis d'ntes penes 3notatõnes. q2 disciplina 3notat receptionẽ habit9 in discipulo. ⁊ doctrina cõnotat progressum habitus a doctore in discipulum.

Ad rationes Ante opp^m. Due prime soluuntur in primo notabili. ⁊ tertia soluitur ex secũdo dubio.

Queritur Utrum tm̃ sint due p̄cognitiones. s. quid ẽ. ⁊ quia est. ¶ Et videtur ꝙ non. q2 q̄tuor sũt questiones vere scibiles. ergo q̄tuor sunt precognitiones. tenet 3ña quia questio ⁊ precognitio se habẽt sicut certum ⁊ dubium. et sic sũt opposita. modo tot modis d'r vnũ oppositoꝝ q̄t modis d'r reliquũ. ¶ 2° arguitur. tria sũt precognita. ergo tres sunt p̄cognitiões. t3 3ña q2 quodlib3 p̄cognitum h3 ppriam p̄cognitionem. Et confirmatur. q2 precognitum ⁊ precognitio sũt relaª. ergo plurificato vno plurificat̄ ⁊ reliquũ. ¶ 3° sic in quarto methaphysice demõstrat arist. de dignitate quia est. ⁊ ẽt in hoc libro ostendit de subiecto ⁊ passione quid est. ergo non sunt precognita. et p

ꝯñs nõ erũt alique precognitiões. igitur ⁊c̃. ¶ In oppositum tamen est aristoteles.

Primo sciẽdũ est ꝙ pro declaratiõe t̃mi orũ ponũtur quatuor distinctiões. Quaꝝ ꝑma est hec. precognitio capitur tripliciť. Uno° vt ẽ precognoscẽtis actio. ⁊ sic ꝑcognitio ẽ notitia ꝑcedẽs notitiã sciẽtificã cõclõis. Alio° pre cognitio est ꝑcogniti passio. Tertio modo ꝑcogni tio est idẽ ꝙ eẽ precognitũ. duob⁹ primis mõis ca piẽdo ꝑcognitionẽ: quid ẽ ⁊ q̄ est nõ sũt ꝑcogniti ones sʒ ipoꝝ sũt precognitiones. lʒ bñ tertio mõ. ¶ 2ª distin°. duplex ẽ ꝑcognitũ, quoddã est imme diatũ. ⁊ est illud qđ de alio precognosciť. ⁊ sic qd ẽ. ⁊ q̄ est. sũt ꝑcognita. Aliud ẽ precognitũ mediatũ qđ ẽ illud de quo aliud ꝑcognoscitur. ⁊ sic subm̃ et passio ⁊ dignitas sũt precognita. Ex quo sequiť ꝙ capiť ꝑcognitio ꝑ precognito imediato. ¶ 3ª di°. qd est ⁊ q̄ est possũt dupľr ꝯsiderari. vno mõ capi tur qa est vt ipm est subiecti vel dignitatis. ⁊ sic ẽ ꝑcognitio. alio modo capitur vt est cõclõis vľ pas sionis ⁊ sic est questio. Siľr quid est subi absolute ꝯsiderati est questio. sed qd est subi ꝯsiderati in or dine ad passiõeʒ est ꝑcognitio. potest etiam dici ꝙ nõ est icõueniẽs idem successiue eẽ certum ⁊ dubi um. ideo nõ est icõueniẽs ꝙ illa duo. s. quid ẽ ⁊ q̄ est ꝑͦ sint questiones ⁊ postea quãdo fuerit termia te sint precognitiones. nec est simile de ꝑꝑ quid. q̄ post t̃miationẽ questõis ꝑpter qd ipa bñ est cogni tio. sed ñ precognitio. ¶ Quarta di°. tm̃ esse duas precognitões potest dupľr intelligi. vno modo in gñe. ⁊ sic tm̃ sũt due. q̄ istud cõe gen⁹ precognitio diuiditur i duas spẽs subalternas. s. i. precognitio nem qd est. ⁊ precognitõeʒ q̄ est. Alio modo põt i telligi ꝙ tm̃ sũt due i spẽ spãlissima. ⁊ sic propõ est falsa. q̄ sũt tres ꝑcognitões i spẽ spãlissima. s. qd ẽ ⁊ q̄ est. sed q̄ est diuiditur i q̄ est subiecti. ⁊ q̄ est dignitatis. ⁊ sic erũt tres ꝑcognitões i spẽ spãlissi.ª

Secundo sciẽdũ est ꝙ i secũda pte h⁹ capi tuli determiat aristo. de preco gnitione conclusionis sillogismi demonstratiui: ⁊ continet tria puncta. In quorum primo determi nat de precognitione conclusionis quantũ ad sua principia materialia que sunt subiectum ⁊ passio. ⁊ efficientia que sunt premisse. ⁊ continet vnaʒ cõ clusionẽ. q̃ ẽ h̃. Necessariũ ẽ precognoscere dupli citer. idest due sunt precognitiones. Patet. quia de aliquibus oportet precognoscere quia sunt: cu iusmodi sũt dignitates. ⁊ alia sũt de quibus opor tet precognoscere quid est quod dicitur per noim̃ sicut sunt passiones. Alia vero sunt de quibus oʒ precognoscere vtrumq̄ʒ. scʒ. quid est ⁊ quia est. cu iusmodi est subiectum conclusionis: ergo tantum sunt ponẽde due precognitiões scilicet quid est ⁊ quia est. ãtecedẽs predictum patet exemplariter: quia de ista dignitate scilicet. De quolibet est affir matio vel negatõ vera. oportet precognoscere q̄ est vera. ⁊ de ista passione que est triangulus opor tet precognoscere quid est. idest quid significatur per tale nomen. sed de illo subiecto quod est vni tas. oportet precognoscere vtrumq̄ʒ scilicʒ quid ẽ quod significat iste terminus vnitas. ⁊ q̄ ẽ hoc: est qđ ẽ ens ñ ꝓhibitum nec impossibile.

Tertio sciendum est ꝙ circa hunc textum incidũt due difficultatrs. ¶ Qua rum prima est hec. vtrum precognitio quid est sit precognitio alicuius ingredientis demonstratio nem. ¶ Ad quam respondetur per tres distinctõ nes ⁊ sex dicta. ¶ Prima distinctio est hec. scili cet. quid est diffinitio quid nominis: ⁊ quid est dif finitio quid rei. Diffinitio quid nominis est oratio expli ans rationem vocis ad suum significatum. Sed diffinitio quid rei est oratio explicans ipsam rem. ¶ Secunda distinctio est hec. Dupliciter po test acquiri scientia in nobis. Uno modo potest in nobis acquiri scientia per inuentionem. sicut do cet philosophus in fine secundi huius: Alio mo do potest in nobis acquiri scientia per doctrinam sicut scientia acquisita in aliquo per actum docẽ tis. ¶ Tertia distinctio. Duplex est demonstra tio. scilicet demonstratio propter quid. in qua sci licet demonstratur propria passio de suo proprio subiecto per diffinitionem quiditatiuam subiecti Alia vero est demonstratio quia est. que proce dit ab effectu ad causaʒ. ¶ Primum dictum. ari stoteles hic enumerat precognitões communes omnium demonstrationum. tam quia q̄ʒ propter quid. Consimiliter etiam ⁊ ipse enumerat hic om nes precognitiones communes cuiuslibʒ scientie tam scientie acquisite per inuentionem q̄ʒ sciẽtie acquisite in nobis per doctrinam. ¶ Secũdum dcm̃. diffinitio quid rei nõ presupponitur siue pre cognoscitur i omni demõstratione. Quod proba tur sic. nam aliquãdo demõstratur diffinitio quid rei de subiecto. ⁊ hoc per propriam passiõem ipsi⁹ subiecti. ⁊ satis patet. ergo i tali demonstratiõe nõ ꝑcognosciť seu ꝑsupponiť quid rei illi⁹ subiecti: te net ꝯñа. quia nihil idẽ est precognitũ ⁊ dmõstratũ ¶ Tertium dictum. quid rei ñ presupponitur i oi

demõstratiõe ꝑpter quid: patet. qꝛ iterdum subiectum non habet diffõem quid rei. sed tãtuꝫ habet aliquã ꝑmã passionẽ per se notã ꝛ idemõstrabilem de ipso p quam demõstrãtur oẽs passiões posteriores de illo subiecto sicut in methaphisica ibi fiũt demonstrationes propter quid ꝛ potissime de ẽte: cuius nõ est diffinitio quid rei. ¶ Quartuꝫ dcm̄. in demonstratiõe ꝑpter quid ꝛ simpl'r potissima cuius subiectum habet diffinitionem quid rei: necesse est de subo precognoscere quid rei. patet. qa i tali demonstratione diffinitio quid rei subiectiẽ medium. ergo de ipsa opoꝛtet habere precognitionem. ¶ Quintum dictum. quid nois debet precognosci i omni demonstratione tam quia est: q̄ꝫ propẗ quid. patet. quia ignoꝛato quid significatur per nomẽ de tali nomie nihil potest demonstrari. ¶ Sextũ dictuꝫ. quid nois est precognitio: ñ autẽ quid rei. patet. quia illud est soluꝫ precognitio qđ in qualibet demõstratiõe precognoscitur necessario. sed quid nois est huiusmodi. non autem quid rei. ergo quid nois est precognitio. ¶ Ex his iferunt tria coꝛrelaria. Primum est. de dignitate oꝫ presuppõere quid est. pꝫ. qꝛ de dignitate opoꝛtet presuppõere quia est. ergo ꝛ quid est. tꝫ consequẽtia. qꝛ ignoꝛato quid significatur per dignitatem ñ potest sciri ꝙ ipa sit vera. tamẽ significare aliqd ñ cõueñit dignitati nisi rõe suarũ partiũ. ideo quid nominis eius nõ enumeratur iter precognitiões. sed posterius enumerabit i quarto capitulo tertij tractatus huius primi cuꝫ dicit. quicquid igitur significẽt prima ꝛ que sũt ex primis accipiũtur. ꝛ sequitur. ꝙ autem sint principia quidem necesse est accipere. idest suppõere. alia quidem demonstrare. ergo de principijs presupponitur quid nomis. ꝛ quid est. ¶ Secundum coꝛrelarium. de subiecto oꝫ presupponere quid est. quod explicatur per diffinitionem subiecti. ¶ Tertium coꝛrelarium. de passione opoꝛtet presupponere quid est. idest quid significatur per ipam. Et per hoc patet responsio ad dubium. s. quid nominis est precognitio dignitatis subiecti ꝛ passionis. ¶ Secunda difficultas vtrum quia est sit precognitio. ¶ Respondetur p vnam distinctionem. ꝛ tria dicta. ¶ Distinctio est hec. duplex ẽ. quia ẽ. s. complexoꝛuꝫ. ꝛ icõplexorũ qꝛ ẽ ɔplexoꝝ ẽ idem ꝙ esse verum. sed quia est incõplexoruꝫ est ideꝫ ꝙ eẽ verum quod est esse existẽtie vel esse diminutum. quod est esse quiditatiuuꝫ vel essentie. ¶ Primuꝫ dictuꝫ. de dignitate opoꝛtet precognoscere quia est. patet quia de ipa ꝑcognoscitur ꝙ est vera. ¶ Secundum dictuꝫ. de subiecto pꝛecognoscitur. quia est. nõ quideꝫ quantuꝫ ad verum esse existentie. sed quantuꝫ ad esse quiditatiuũ vel existentie. prima pars patet. quia multoꝝ est scientia que nõ existunt actualiter. secunda ꝑs patet. quia ad hoc ꝙ de aliquo sit scientia sufficit ꝙ ipm ñ sit ens pꝛohibituꝫ vel ipossibile. sed ꝙ ipꝫ possit esse. ¶ Tertiuꝫ dictuꝫ. de passione ñ precognoscitur quia est. patet. quia nihil idẽ precognoscitur ꝛ demõstratur. sed qꝛ est passionis per demõstrationeꝫ ostẽdit̄. ergo nõ pꝛecognoscitur. Ex his patet respõsio ad dubiuꝫ. s. quia dicitur esse precognitio. quia in oĩ demõstratione opoꝛtet presupponere premissas demõstrationes esse veras. ꝛ ꝙ subiectuꝫ ñ sit ens pꝛohibitum sed habeat aptitudinẽ ad actualeꝫ existẽtiaꝫ

Cõclusio Respõsalis. tãtũ sũt due precognitiões. s. quid est ꝛ quia est. pꝫ per rõem textus. pꝫ etiam aliũde quia sũt tãtum tria precognita. de quoꝛum duobus est vna precognitio. nam de dignitate ꝛ sbo simul precognoscitur. quia ẽ. sed de subiecto ꝛ passiõe precognoscitur quid est. ergo tãtum sũt due precognitões. Et hec de questione.

Primo dubitatur. vtrum possibile sit nos aliquid scire de nouo. ¶ pro solutõe supponitur ꝙ in hac tertia particula ponit aristoteles differẽtiam inter pricipia effectiua cõclusiõis quãtum ad eoꝛum ꝑcognitõem ꝛ ɔtinet vnaꝫ ɔclusiõeꝫ que ẽ hec. aliqua supple pricipia demõstratõis pri⁹ tempore cognoscũtur q̄ꝫ cõclusio. ꝛ aliqua simul tpe cognoscũtur cũ ɔclõe. pꝫ quia quãdocũq̄ aliqs scit aliq̄ꝫ maioꝛem alicuius sillogismi demõstratiui ꝛ nõ scit mioꝛem pertractatam sub illa maioꝛe. tũc prius scit illam maioꝛem q̄ꝫ cõclusiõem. si vero cognita maioꝛe sciuerit mioꝛem cõtineri sub vl'ibus idest esse debite sumptam sꝫ medio vniuersaliter sumpto tũc simul tẽpoꝛe cognoscet pricipia ꝛ cõclusiõeꝫ. Patet exẽplo. quia si qs sciat illã vlem. omnis triãgulus habet tres: nõduꝫ scit istam cõclusiõem. ꝙ hec figura in semicirculo descripta habet tres. sed si cognita illa maioꝛe vniuersali simul cognoscat hũc triãgulum qui est descriptus i semicirculo esse triãgulum. simul cognouit hãc cõclusiõem. scilicet ꝙ hic triãgulus habet tres ãgulos. dũ mõ iter mioꝛẽ extremitatẽ ꝛ medium non sit aliquod medium per quod possit ostendi medium de miori extremitate. illud autẽ quod sic cognoscit̄ inesse medio nõ per aliud medium ẽ

ultimū idest singulare ipius vniuersalis quod de nullo alio dr̄. ¶ Contr in tertia particula determiat de precognitione conclōis in suis pn̄cipijs. et continet tres conclōnes. quarū pma est hec. antequam sciat̄ cōclō p inductionem aut per sillogismū oportet q̄ quodā modo cognoscatur. et quodammodo ignoret̄. ita q̄ sciatur in vniuersali et ignoretur simpliciter. i. in particulari. sicut illa conclusio. triangulus habz tres aliquo modo scitur in suis premissis. et quodā modo ignorat̄. hanc conclusionem pbat aristo. rōe ducente ad impossibile. quia si cōclusio n̄ sciretur quodā modo in premissis nec aliquo modo ignoraretur sequerent̄ inconuenientia platonis in discipulo suo menone. s. q̄ aut nihil contingeret sciri. aut q̄ scire non esset nisi reminisci. et sic intellectus non adisceret aliquid de nouo. sed soluz ea que p̄us nouit. ¶ Secunda conclō tangit reprobatōez cuiusdam solutionis quam dabant antiqui ad rōnem platonis. Erat autem ratio platonis hec. q̄a ille q̄ omnia scit nihil adiscit. vel si aliquid adiscat suum adiscere non ē aliud q̄ reminisci. sed quicūq̄ imperitus in quacūq̄ arte cognoscit omnia. ergo nihil adiscit de nouo. maiorem relinquit notā. sed minorē sic declarat accipiendo quendam imperitum in geometria et in quacunq̄ alia scientia quē imperituz interrogabat plato de pn̄cipijs geometrie per se notis: primo declarando termios. et ex illis terminis constituendo pricipia per se nota. et sic p ordinem pcedendo vsq̄ ad conclusiones ad que omnia interrogata vsq̄ ad cōclusiones vez per singula respondebat ille imperitus: hoc autē nullatenus facere potuisset nisi illa p̄us cognouisset. ergo illam conclusionem prius sciebat antequam i sciētia geometrie istrueret̄ aliq̄ modo. et pri mō p bareī q̄ sciebat principia et conclusiones omnium aliarū scientiarū antequam instrueretur in eis. ¶ Secundo sic arguebat plato. si quis sciat istaz vniuersalem. omnis dualitas est par. et per eam velit adiscere istam pticularem. s. q̄ hec dualitas ē par. aut ergo sciendo istam vniuersalem. omnis dualitas ē par scitur simpliciter q̄ hec dualitas ē par. aut simpliciter ignoratur. si simpliciter scitur et adiscatur tunc adiscere erit scitorum reminisci. si vo simpliciter ignoretur. ergo simul ignorabitur ista omnis dualitas ē par. cum ista dualitas quam tu nō scis eē dualitatem sit vere dualitas. ¶ Ad istud argumentū respondebant antiqui q̄ sciendo istam ois dualitas est par non scitur vniuersaliter omnē dualitatem esse parem. sed solum scitur illam dualitatem esse parem. quam p̄scitur esse dualitatem.

¶ Istā solutionē reprobat ari. dupl̄r. primo sic. q̄z illud scitur cuius demonstratio habetur. sed p demonstrationez habetur notitia de oi dualitate simpliciter et non solum de dualitate que p̄scitur esse dualitas. ergo sciendo illam q̄ omnis dualitas est par. scit̄ vniuersaliter de oi dualitate q̄ ipa est par Secūda rō. nulla pmissa demonstrationis accipiebatur cum illo addito. quam tu scis eē dualitatez sed accipiebatur simpliciter d̄ oi dualitate. ergo ēt ista conclusio. ois dualitas est par. scitur simpl̄r de omni dualitate. et non solum de dualitate que prescitur eē dualitas. ¶ Tertia cōclusio tangit verā solutionem ad argumētum platonis que ē hec. nō est inconueniēs vt opinor adiscere de nouo illō qō scimus. dūmodo non sciam⁹ illud eodem modo q̄ adiscimus. vt si sciamus cōclusionē i vl̄i. et adiscam⁹ eam simpl̄r. idest in pticulari. et in p̄pa forma.

Secundo dubitatur. vtrum eodem actu itellectus possint cognosci pmisse et cōclusio demōstratōis. ¶ Respōdet̄ p duas suppōes. et duo dcā. ¶ Prima suppositio. Impossibile est plures actus itelligendi simul esse in eodē intellectu. Patet p auicēnam dicētē q̄ sicut impossibile est idē corpus diuersis figuris figurari. ita impossibile est eūdē itellectū diuersis actibus intelligēdi iformari. Et cōfirmatur. quia duo actus nō videntur habere maiorē incōpossibilitatē q̄ infiniti. ergo si in eodē intellectu posset eē simul duo actus itelligēdi etiā poterūt eē infiniti. quod ē icōueniēs. Itē cōtingit plura scire. intelligere vero n̄ sed hoc n̄ videtur verū nisi pp̄ter icōpossibilitatez actuum intelligēdi. et cōpossibilitatē habituuz. ergo licet pl̄es habitus possint simul esse in eodez intellectu. nō tamē pl̄es actus. ¶ Scda suppositio p aliū actū intellectus noster intelligit ppōnem et extrema ppositionis seorsū sūpta. Patet. q̄z intellectus noster duobus actib⁹ intelligit distincte et seorsū duo extrema ppōis et vno actu intelligit totā ppōnē. ergo alio actu cognoscit itellect⁹ noster ipam ppōem et extrema illi⁹. ¶ P̄m dcm̄. intellect⁹ noster simul et vnico actu intelligit ppositionez et extrema ppōnis seu terminos ppositionis et ipaz ppositionē. patet. q̄z intellect⁹ noster duobus actibus distinctis intelligit terminos distincte. et postea desinūt esse illi duo actus. et tūc intellect⁹ format vnū t'tium actum qui virtualiter cōtinet perfectionem duorū actuū pcedentiū. et illo tertio actu intelligit simul totā ppōnem et terminos eius. non tamē tanquam multa: sed p quāto habēt rationē vni⁹ complexi. ¶ Scdz dictū. et si tribus diuersis acti

bus itelligēdi itellect⁹ nr̄ cognoscat distīcte duas p̄missas sillogismi ⁊ cōclōnē. tamē eodē actu pōt sil' cognoscere p̄missas ⁊ cōclusionē. p̄ma pars pz. q2 cuilibet obiecto itellect⁹ corrn̄det propri⁹ actus itelligēdi. ſ3 due p̄misse seorsū sūpte ⁊ cōclusio sūt tria diuersa obā itellect⁹. ḡ in itellectu correspōdēt eis tres diuersi actus itelligēdi. Scōa pars patet q2 itellect⁹ vno prio actu itelligit maiorē. ⁊ postea alio actu distīcto a p̄cedēte itelligit minore3. ⁊ postea intelligit applicationē siue practicationē premissaꝝ ad ɔclusiōe3: ⁊ i fine discursus abiectis alijs actib⁹ p̄cedētib⁹ format vnū tertiū actū virtualit' ɔtinētē perfectionē actuū precedētiu3 per quē sil' itelligit ɔclusionē ⁊ pricipia. Et sic pz responsio ad dubiū. ℂ Posset tamē ꝓbabilit' supaddi vnū dc3 scilicet ꝙ non est impoſ'e pl'es actus itelligendi sil' eē in eodē itellectu. qd̄ patet. q2 alius ē actus quo intelligūtur extrema alicui⁹ ꝓpositiōis ⁊ ipa tota ꝓpō. q2 p̄m⁹ a secūdo separ̄: sed illi duo act⁹ sil' stāt in eodē intellectu. Impoſ'e ē.n. cōponere simplices t'minos ⁊ ɔpositionē intelligē sine intellectōe simplici t'minoꝝ. ergo sil' stāt. ℂ Et cōfirmat̄. q2 alio actu cognoscūtur extrema differētie. ⁊ ipa differētia inter extrema. sed intellectus sil' cognoscit aliqua extrēa ⁊ ponit dr̄ia3 iter illa. ergo illi actus sil' stāt. minor videt̄ nota p aristotelē 2⁰. de aia vbi videt̄ ꝓbare sēsū cōmunē cognoscere obiecta sē suū pticulariū p hoc ꝙ ponit dr̄ia3 inter illa.

Tertio Dubitat̄. vtrū maiore ⁊ minore cognitis: simul tēpore cognoscat̄ ɔclō. ℂ R̄ndet̄ p tres distīnctōes. ⁊ duo dcā. ℂ Distinctio prima ē hec. maior ⁊ minor possūt dupliciter itelligi. vno modo seorsū ⁊ distincte: alio modo sil' ⁊ ɔiūcte siue vt sūt ptractate. Dicunt̄ aūt p̄misse ptractate. quando minor scit' esse debite sūpta sub maiore. ℂ 2ᵃ distinctio. aliq̄ dn̄r sil' tēpore dupliciter. vno mō simultate adeq̄tōis. ⁊ sic illa dn̄r simul tpe que sūt in eodem tpe p̄cise ⁊ adeq̄te ita ꝙ tps mēsurās duratōe3 vni⁹ p̄cise mēsurat duratōem alteri⁹. sic ꝙ in quocūq3 tpe veꝝ est dicere ꝙ vnū ē: in eodē tpe veꝝ ē dicere aliud eē. ⁊ sic p̄misse applicate ⁊ ɔclō nō cognoscūtur sil' tpe. Alio modo aliq̄ dn̄r sil' tpe simultate imediatōis q̄ sic se habēt ꝙ vnū ē stati3 post reliquū. ita ꝙ iter tps mēsurās duratiōe3 vni⁹: ⁊ tps mēsurās durationē alteri⁹ nō est aliqd̄ tps mediū. ⁊ sic cognitis p̄missis applicatis sil' tēpore cognoscit' ɔclusio. ℂ 3ᵃ distinctio. duplex ē cognitio. scilicet in vniuersali. ⁊ in particulari. Cognitio in vniuersali ē cognitio alic⁹ nō in se: sed i suo antecedēte. sed cognitio in particulari ē cognitio alicui⁹ i se ⁊ i ꝓpria forma. ℂ Primū dictū. ɔclusio cognoscit' i vl'i simul tēpore simultate adeq̄tōis cū p̄missis applicatis. sed in pticulari cognoscit' cū p̄missis applicatis sil' tēpore simultate imediatōis. ℂ Scd̄3 dictū. p̄misse ptractate p̄us natura cognoscūtur q̄3 ɔclusio. ſ3 simul tēpore. Prima ps pat3. q2 cā prior est natura suo effectu. sed cognitio p̄missaꝝ applicataꝝ ē cā cognitionis ɔclusionis. igit' cognitio p̄missaꝝ prior ē natura q̄3 cognitio ɔclusionis. Scōa ps pat3 q2 posita causa totali sufficiēte ⁊ nō ipedita ponit' effect⁹. ſ3 cognitio p̄missaꝝ applicataꝝ est cā totalis ⁊ sufficiēs cognitōis cōclōnis. ergo p̄misse applicate sil' tēpore cognoscūtur cū ɔclusiōe

Ad rationes Ante oppositū. ℂ Ad primā dicitur ꝙ ſ3 cognitio ⁊ qd̄ adiuicē opponant̄. nō tamē q̄stio ⁊ p̄cognitio: ⁊ ideo tot sūt qōes quot sūt cognitōes. ñ aūt sūt tot p̄cognitōes. ℂ Ad scōa3 patuit solutio ex primo notabili. ℂ Ad t'tiā dr̄ ꝙ aristo. i q̄rto methaphisice ostēdit p̄mū pricipiū solū a posteriori ⁊ per rōes thopicas. ⁊ etiā i hoc libro ñ ōndit diffōem subiecti ⁊ passiōis vt eas ōndat vl' demōstret. sed ponit eas p mōd quarūdā suppōnū. Et ad ɔfirmatō3 patuit solutio ex p̄mo notabili.

Queritur Utrꝝ due diffōes scire sint i textu sufficienter assignate. ℂ Et videt̄ ꝙ nō. q2 d̄ ente ē3 ꝙ ens est scia. ⁊ tamē ens non habet cās. g⁰ scire ñ acquirit' p causā. ℂ Scd̄o sic. de cōtīgētib⁹ natis ē sciētia. ⁊ tamē ɔtigētia nata possūt aliter se habere: ergo scia nō ē eoꝝ que ñ possunt alit' se h̄re. ℂ Tertio sic. de rebus gn̄abilib⁹ ⁊ corruptibilibus ē scia: ⁊ tamē possunt aliter se habere ergo ⁊c̄. ℂ In oppo^m tamē ē aristoteles.

Primo Sciēdū ꝙ p declaratione terminor ponūt' q̄ttuor distīctōes. p̄ma distīctio. scire s'm liconiēsē capit' q̄drupl'r. sc3 cōiter. ꝓprie. ⁊ magis ꝓpe. ⁊ maxime ꝓpe. Scientia cōiter capta ē ɔphēsio cuiuslibet v'itatis. ⁊ sic sciūtur ɔtigētia erratica siue ad vtrūlibet. Sciētia ꝓprie dcā est ɔprehēsio veritatis eoꝝ que semp vl' frequētius vno modo se habēt. ⁊ sic sciunt̄ ɔtingētia nata. S3 sciētia magis ꝓprie ē ɔprehēsio veritatis eoꝝ que semp vno mō se habēt. ⁊ sic i mathematicis sciūtur pri^a ⁊ ɔclusiones. Scia v'o ꝓprijssime capta ē ɔphēsio v'itatis eius qd̄ ē imutabil'r p ɔphēsiōem cāe imutabilis i essēdo ⁊ i cāndo a qua ipm habet eē immutabile. ⁊ sic capit' i diffōe scire. ℂ 2ᵃ dr̄. duplex ē mod⁹ scire. q̄dā ē scire simplicit'

quo cogscit res in pticulari ꝛ in ppa forma. alius ē mod⁹ scire fm accñs siue sophistico modo ꝛ est cognitio rei in alio. sic quādo pticulare cogscit in vli. vel ps in suo toto. vel accñs i suo subo. vel effect⁹ in sua cā. ꝛ sic ɔclo cogscit in pmissis. ℂ 3ᵃ distin° hec ppō. scire ē cām pp quā res est cognoscere: pt habere duos sēsus. pmus est ɔposit⁹. ꝛ tunc sic explicat. scire ē cogscere cāz esse cām ppter quā res ē ꝛ sic nō capit h. qꝛ tē pticula sequēs. s. ꝛ qm illius ē cā supflueret. Ali⁹ ē sēsus diuisus q pōt sic explicari. scit ē cogscere illā rē pp quā ē illa res. ℂ 4ᵃ di°. cā pōt duplr sciri. vno mō absolute ꝛ seorsum ab effectu. ꝛ tal' cognitio cāe non fac nos cogscere effectū. alio mō pt cogsci cā respectiue. vt. s. est applicata ad effectū. ꝛ sic fac scire effectū.

Secundo Sciēdū est q 2ᵐ caᵐ huius tractatus ɔtinet qttuor ptes. In q̄rū pma determinat de fine sillogismi dmōstrati: q finis ē scire: ꝛ ɔtinet qttuor ɔclusiones. ℂ Quarū pma tāgit diffinitiōez scire. ꝛ ē hec. Scire aūt opinamur vnūqdq simplr ꝛ nō sophistico mō qd est scdm accidēs cū causā arbitrāur cognoscere ppt quā res ē. ꝛ qm illi⁹ est causa. ꝛ ñ est ɔtigere aliter se hrē: Hāc diffōnē pbat aristoteles a signo p communē estimationez oium. qꝛ tā sciētes q̄ ñ sciētes vtunt aliquo modo scire. sed oēs vtūtur scire eo mō quo diffinitū ē. ergo ꝛc. mior patz. qꝛ tam sciētes q̄ ñ sciētes opinant se habere sciam qꝛ credūt habere cāz ꝛ ñ habēt. sicut sophistici: sed sciētes habēt cām ꝛ sciūt p cām. ergo signū est q scire ē bene diffinitū ℂ 2ᵃ ɔ°. tāgit vnū corre ᵐ qd est tale. cui⁹ ppe ē scia illud ē ipossibile aliter se habere. ℂ 3ᵃ ɔclusio se excusat de detmiatiōe alioꝝ modoruz scire ꝛ ē hec. si sit aliqs ali⁹ mod⁹ scire dicet iferius ℂ Quarta ɔ°. tāgit fam diffōem scire. ꝛ ē hec. scire ē p dmonstratōem itelligere. ℂ Extra textum ē aduertēdū q in pma diffōe scire tāgūtur qttuor ɔditiones que vidētur exigi ad h q de aliquo ppe habeat scia. Nā pmo reqrit cā ipius scibilis. qd d notat p pmaz pticulā. cū dr. cū cāz arbitramur cognoscere. 2° reqrit imediatio cāe. qd denotat per fam pticulā. s. ppter quaz res ē. Tertio reqritur applicatio cause ad effectū siue premissarum ad ɔclonē. qd denotatur p illā particulaz. ꝛ quoniam illi⁹ est cā. Quarto reqritur pprietas ɔclois scibilis ꝛ cause eius scilicet pmissaꝝ. qd tangitur per istā pticulā. ꝛ non ē ɔtingere alit er se habere.

Tertio Sciēdū q circa hūc textuz icidunt tres difficultates. ℂ Prima est hec Utrū ad pfectam notitiam alicui⁹ necesse sit oēs cās cognoscere. ℂ Rñdetur p vnā distictiōez. ꝛ duo dicta. ℂ Distinctio ē hec. duplr pōt aliqd sciri pfecte. vno° perfectiōe certitudis ꝛ euidētie. ꝛ sic illud scitur perfecte de quo habem⁹ notitiā certā ꝛ euidentē per pricipia certitudinalit ꝛ euidenter nota. Alio modo scitur aliquid perfecte pfectiōe totalitatis ꝛ cōpletiue. ꝛ sic illa cōclusio scit pfecte isto mō q scitur euidenter per oia media p que pōt sciētifice dmōstrari. ℂ Priᵐ dictū ad perfecte aliquid sciēdū perfectiōe certitudis ꝛ euidētie non ē necesse scire quālibet cām ei⁹. pz quia quelibet cā est mediū sufficiens ad causādum notitiam sciētificā de suo effectu. sz qlibz talis notitia ē perfecta perfectione certitudis ꝛ euidentie. ergo ꝛc ℂ 2ᵐ dictū. ad pfecte aliqd sciēdū perfectiōe totalitatis et cōpletiue necesse ē cognoscere quālibet causaz eiu⁹ qꝛ alias nō scirent omnia media p que talis effectus natus ē sciri: ℂ Scda difficultas. vtꝝ obiectum scibile debeat esse necessariū ꝛ icorruptibile. ℂ Rñdetur p tres distinctiones. ꝛ duo dca. ℂ Pria distictio ē hec. duplex ē obiectū scibile. s. ɔplexū. sicut cōclusio. Aliud ē icōplexū. sicut subiectum cōclusiōis. ℂ Secūda distictō. duplex ē necessitas. quedaz ē necessitas que ē differētia vl passio ppōnis. ꝛ talis opponit falsitati. ꝛ sic illud ē necessariū qd nō potest esse falsum. alia ē necessitas que ē differētia entis. ꝛ illa opponit ñ entitati. ꝛ sic illud ens dicit necessariū qd nō pōt esse nō ens: ℂ Tertia disti°. quiditas significata per sōz conclusionis habet duplex esse. quodā ē eē qditatiuū. ꝛ tale esse habuit ab eterno icorruptibilr ꝛ immutabiliter. habet etiā eē existētie qd de nouo acquirit per actionem generantis. ꝛ secūdū tale eē quelibet res creata ē corruptibilis. ac ēt possibilis aliter se hrē. ℂ Primū dcz. obm scibile ɔplexum est neciuz necitate opposita falsitati. pz. quia tale obm est ɔclusio demonstratiōis que nunq potest esse falsa. ergo ꝛc. ℂ Secūdū dcm. obm scibile incomplexū necio ꝛ incorruptibilr est ēs: ꝛ habet eē qditatiuū imutabile ꝛ ipossibile alit se hrē. ℂ Tertia diffi. vtꝝ ppōis scibil' notitia sit scia ppriissime dcā. ℂ Rñdet p duas suppōes ꝛ vnū dcm. ℂ pᵃ suppō est h. ppositio scibil' ē ppō necaria ꝛ dubitabilis nata fieri euidēs per ppositiones necessarias ꝛ euidentes p discursū sillogisticū ad ipaz applicatas. ℂ 2ᵃ suppositio. ad h q aliq ppositio sit ppriissime scibil' qttuor ɔditiones reqrunt. Pria q sit necaria. patz per istaz pticulaz. ꝛ ñ ē ɔtingere aliter se habere p quaz excludunt euidentes notitie propositionū ɔtingētiū q non sūt sciētifice. Se

cũda ꝯditio. ꝙ ſit dubitabilis. q̃ quelibet cõcluſio demõſtrationis ē queſtio vere ſcibilis. mõ queſtio ē dubitabilis ꝓpoſitio. ⁊ ꝑ hoc excludũtur oēs propoſitiões ꝑ ſe note que ex quo nõ ſũt dubitabiles ñ ſũt etiã ſcibiles. Tertia ꝯditio. ꝙ talis ꝓpoſitio ſit nata fieri euidẽs ꝑ p̃ores ꝓpoſitiões neceſſarias ⁊ euidentes ⁊ ꝑ hoc excludũtur alique ꝓpoſitiones neceſſarie ⁊ dubitabiles que ſũt nate fieri euidentes ꝑ expiẽtiã. ſicut iſta ignis ē calidus. Quarta cõditio. ꝙ tales p̃miſſe applicẽtur ꝯcluſioni ꝑ diſcurſũ ſillogiſticũ. ❡ Dictũ eſt iſtud. cuiuſlibet ꝓpõis ſcibilis cui ꝯpetũt ꝯditiões p̃us poſite notitia ē ſcientifica ꝓpriiſſime dicta. pꝫ ꝑ diffinitiõeꝫ ꝓpõnis ſcibilis ꝓpriiſſime dicte p̃us poſite.

Concluſio Reſpõſalis. Due diffinitiones ſcire ſũt i textu ſufficiẽter poſite. pꝫ ex dictis i 2° notabili.

Primo Dubitat̃. Utꝝ due diffinitiões demõſtratiõis ſint i textu ſufficiẽter poſite. ❡ Pro reſponſiõe ſupponitur ꝙ ariſtote. i ſecũda pte hui⁹ capituli d̃terміat de ſillo d̃mõſtratiuo ⁊ ꝯtiet qͥnqꝫ cõcluſiões. ❡ Quaꝝ p̃ma tãgit diffinitiõeꝫ demõſtrationis ſũptã ex pte finis. ⁊ ē h̃ Demõſtratio ē ſill'ᷤ apoteticõ. ideſt faciẽs ſcire. dr̃ eni apoteticõ. ab ypos qḋ ē de. ⁊ diſus qḋ ē diſciplina. quaſi ſill'ᷤ diſciplinalis. vel ſill'ᷤ de diſcipliã Et addit ari. ꝙ demõſtratio dr̃ cẽ ſill'ᷤ diſciplinalis ſiue ſciẽtialis ñ q̃ ea vterẽtur alie ſcie. ſꝫ q̃ i habẽdo eã demõſtrationẽ etiã habem⁹ ſciẽtiã. ❡ 2ᵃ concluſio tãgit diffinitionẽ demõſtratiue ſcie ſiue ſill'i demõſtratiui ſũptã ex pte materie ⁊ ē hec. Sill'ᷤ d̃mõſtratiu⁹ eſt ſill'ᷤ ꝓcedẽs ex p̃mis veris ⁊ imediatis notiorib⁹ ⁊ p̃orib⁹ cauſiſqꝫ cõcluſiõis. Et addit ari. ꝙ talis demõſtratio ꝓcedit ex ꝓpriis. eo ꝙ ꝓcedit ex p̃ncipiis p̃mis ⁊ veris. p̃ncipia aũt p̃ma ⁊ vera ſũt ꝓpria. g̃ demõſtratio ꝓcedit ex propriis ❡ 3ᵃ ꝯcluſio tãgit drĩaꝫ iter ſill'ꝫ ſimpl'r ⁊ ſill'ꝫ d̃mõſtratiuũ. q̃ ſill'ᷤ ſimpl'r nõ neceſſario ꝓcedit ex premiſſis veris ⁊ imediatis. ⁊ ideo ñ facit ſciẽtiã. ſꝫ ſillogiſm⁹ demõſtratiu⁹ neccͥo ꝓcedit ex p̃miſſis veris p̃mis ⁊ imediatis. ⁊ agenerat ſciẽtiaꝫ. ❡ 4ᵃ cõcluſio declarat pticulas poſitas i diffinitiõe materialis demõſtratiõis. ⁊ p̃mo ꝓbat ꝙ ſill'ᷤ demõſtratiu⁹ ꝓcedat ex veris. q̃ ꝯcluſio demonſtrationis ē v̾a. g̃ ⁊ p̃miſſe ſũt v̾e. tꝫ ꝯña. q̃ ꝯ̊ v̾a ñ ſcitur niſi ex p̃miſſis veris. añs pꝫ q̃ qḋ nõ ē ñ ꝯtigit ſcire. vt ꝙ dyametros ſit ſymetros. 2° ꝓbat ꝙ ꝓcedit ex primis imediatis ⁊ idemonſtrabilibus. q̃ ꝯcluſio non ſcitur niſi ꝑ demonſtrationẽ. vl' g̃ p̃miſſe illi⁹ d̃mõſtratiõis ſũt idemõſtrabiles. vel ñ. ſi ſic. habet̃ ꝓpoſitũ. ſi ñ. ergo ꝑ eas ñ ſcietur ꝯcluſio niſi ꝑꝫ accidẽs eo ꝙ tales p̃miſſe ñ faciũt ſcire ꝯcluſionẽ niſi p̃us fuerit demonſtrate. 3° probat ꝙ ꝓcedat ex cauſis q̃ ꝯcluſio ſcit̃ ꝑ premiſſas. ergo premiſſe ſũt cauſe ꝯcluſiõis. tenet ꝯña q̃ ſcire ē cauſã rei cognoſcere Quarto probat ꝙ procedat ex p̃oribus ⁊ notioribus. q̃ procedit ex cauſis. ergo procedit ex notioribus ⁊ prioribus. tꝫ ꝯña q̃ oĩs cauſa ē prior ⁊ notior ſuo effectu. Et ſubdit ꝙ p̃miſſe ñ ſolum ſunt p̃ores altero modo. ſ. in eſſendo. ſed etiã i itelligendo ⁊ ſciendo. ❡ Quinta ꝯcluſio ē hec. p̃ora ⁊ notiora dicũtur dupl'r. ſ. ſimpl'r. ⁊ quo ad nos. ñ eni idẽ eſt p̃us natura. ⁊ prius quo ad nos. neqꝫ natura notius et nobis noti⁹. dicunt̃ aũt quo ad nos p̃ora ⁊ notiora que ſũt ꝓximiora ſenſui. Sed illa dicunt̃ priora ⁊ notiora ſimpl'r. que ſũt a ſenſu remotiora. cꝰ ſunt vniuerſalia. ſingularia v̾o ſũt ſenſui proximiora Et ſubiũgit ꝙ demonſtratio procedit ex propriis q̃ demõſtratio ꝓcedit ex p̃mis. vt patuit. ergo ꝓcedit ex ꝓp̃is. Jdẽ eni dico p̃mũ ⁊ ꝓpꝛiũ.

Secundo Dubitatur. Utrum iſta conſeq̃ntia ſit bona. quod non eſt non eſt ſcire. ergo demonſtratio procedit ex veris. Et videtur ꝙ non. quia verum procedit aliquando ex falſis. ergo ſi concluſio ſit vera nõ oportet premiſſas eſſe veras. ❡ Jn oppoſitum arguitur per philoſophũ qui facit illaꝫ ꝯſequẽtiaꝫ. ❡ Pro reſponſione premittitur vna ſuppoſitio. ſ. ꝙ hec propoſitio. demonſtratio facit ſcire concluſionem. poteſt habere duos ſẽſus. vno modo ꝙ ſit locutio gratia partis eo modo quo dicimus ſanari quia torax ſanatur. ⁊ ſic demonſtratio facit ſcire concluſionem quia vna pars demonſtrationis ſcilicet premiſſe facit ſcire concluſionem. Alio modo poteſt eſſe locutio gratia totius. ⁊ ſic demonſtratio ñ facit ſcire ꝯcluſioneꝫ ex quo ꝯcluſio ē ps itegralis demõſtrationis. Tũc rñdetur ad dubiuꝫ affirmatiue. qḋ pꝫ q̃ bene ſeq̃tur. quod ñ ē ñ ſcitur. g̃ qḋ ſcit̃ ē verũ. ⁊ vltra qḋ ſcit̃ ē verũ. ergo qḋ ſcit̃ illḋ ſcit̃ ex veris. ⁊ ꝑ ꝯñs demonſtratio ꝓcedit ex veris. p̃ma ꝯña ꝓbat̃. q̃ bene ſeq̃t̃. quod ñ eſt ñ ſcitur. ergo quod ſcitur ē per ꝯñam ecõtrario. Et vltra qḋ ſcitur ē. g° quod ſcit̃ ē verũ. quia idẽ ē eſſe ⁊ eſſe veruꝫ. ſecũda ꝯña pꝫ. ſcilicet iſta. quod ſcitur ē verũ. ergo qḋ ſcitur illḋ ſcitur ex veris. quia verũ ñ ſequitur ex falſis propter quid nec d̃monſtratiue. vt patuit ſecundo priorum. Ex hoc patet quid ſit dicenduꝫ ad rationem concludentem oppoſitum.

Tertio dubitatur. Utrū nō ens possit sciri. respōdet̄ p duas distīctiōes ꝛ vnū dcm̄. ¶ Prima distinctio ē hec. duplex ē nō ens. quoddā ē nō ens cōplexū. ꝛ sic quelibet ꝓpositio falsa ē nō ēs. Aliō ē n̄ ens icōplexū. ꝛ sic illō qō ē ipole eē vł ꝓhibitū dr̄ nō ens. sicut chimera. ¶ 2ª distinctio. ꝓpositio falsa pōt dici ens cōplexū dupłr. vno mō intrīsece ꝛ formałr ita ꝙ entitas ꝓpōnis false sit ētitas cōplexa. ꝛ sic quelibꝫ ꝓpō falsa dr̄ ens ꝯplexuꝫ Alio mō extrīsece ꝛ ab obiecto siue significato ei⁹ ꝛ sic illa ꝓpositio ē ēs ꝯplexū cui⁹ sigificatū totale ē ens. sic ꝙ ē ita sicut ipa significat. illa āt ꝓpō cui⁹ significatū totale ē n̄ ens dr̄ eē n̄ ēs ꝯplexū. ¶ Dictū ē istō. nullū nō ens ē scibile. pꝫ p̄mo de n̄ ente icōplexo. qꝛ oē scibile icōplexuꝫ est diffinibile. sed n̄ ēs icōplexū n̄ est diffinibile. ğ nec scibile. 2º pꝫ ideꝫ de n̄ ēte ꝯplexo. qꝛ nullū falsū est scibile. sed n̄ ens ꝯplexū ē falsū. ğ n̄ ēs ꝯplexū n̄ ē scibile. maior pꝫ qꝛ d̄mōstratio debet ꝓcedere ex veris p̄missis q̄ sūt cause ꝯclusiōis. sed verū n̄ est cā falsi. ergo ꝛc. Et si querat̄ quomodo p̄misse sūt cāe ꝯclusiōis. R̄ndet̄ ꝙ p̄misse demōstratiōis pn̄t capi tripłr. vno mō ꝓ ipis ꝓpositiōib⁹ vocalib⁹ ex qb⁹ demōstratiue infertur vna ꝯclusio vocalis. ꝛ sic p̄misse n̄ sūt cāe cōclusionis. qꝛ vna vox n̄ est cā alteri⁹ vocis. Alio mō pn̄t capi p̄misse ꝓ suo totali significato. ꝛ etiā ꝯclusio ꝓ suo totali significato. ꝛ sic p̄misse sūt cāe totalis ꝯclusiōis. qꝛ sic esse sicut significat̄ p p̄missas ē cā quare sic ē sicut significat̄ p ꝯclusioneꝫ. Tertio pn̄t capi p̄misse ꝓ notitijs causaꝝ ꝛ ꝯclusio ꝓ notitijs ꝯclusiōis. ꝛ sic p̄misse sūt cause ꝯclusionis. qꝛ notitia siue cognitio illaꝝ p̄missarum est causa cognitionis conclusionis.

Ad rationes Ante oppositum. Ad p̄mā dr̄ ꝙ lꝫ entis i sua simplici qditate ꝯsiderati n̄ sit aliqua cā. tn̄ entis ꝯsiderati p habitudinē ad passiones demōstrabiles de ipso ē bene aliqua cā p quā de eo demōstrant̄ ille passiones. ¶ Ad secūdā dr̄ ꝙ lꝫ ꝯtigētia nata nō sint sēp. tn̄ ꝓpositiōes i qbus p̄dicant̄ eoꝝ ꝓpria d̄ ipis sūt necessarie ꝛ sēp vere. ¶ Ad tertiaꝫ dr̄ ꝙ lꝫ res naturales sint corruptibiles in esse existentie. sunt tamen incorruptibiles quantum ad eē existentie ꝛ qditatiuū eaꝝ. ¶ Et hec de q̄stiōe.

4 **Queritur** Utrū quelibꝫ ꝓpositio imediata sit p se nota. ꝛ
q econtra. ¶ Et arguit̄ ꝙ quelibꝫ ꝓpositio imediata sit p se nota. qꝛ oīs ꝓpositio idemōstrabilis. ē p se nota. sed q̄libet ꝓpō imediata ē idemonstrabilis. ergo q̄libet ꝓpositio imediata ē p se nota. maior pꝫ qꝛ ꝓpō indemōstabilis pōt eē nota p se. ꝛ n̄ p aliō qꝛ tūc eēt d̄mōstrabilis ergo p se nota. ¶ 2º sic. illa ꝓpositio ē per se nota qua non ē altera p̄or necꝫ notior. sed ꝓpō imediata ē h⁹. ergo ꝛc. ¶ 3º arguit̄ sic. ꝓbādo ꝙ non oīs ꝓpō p se nota sit imediata. qꝛ aliqua talis ē demōstrabilis. ergo n̄ ē imediata. ¶ In oppoᵐ ē aristo.

Primo Sciēdū ē. ꝙ ꝓ declaratione terminoꝝ ponūtur due diffinitiōes. quarū p̄ma ē ꝓpositionis imediate. q̄ sic i textu diffinitur. ꝓpō imediata est q̄ n̄ est altera p̄or necꝫ notior ¶ 2ª diffinitio ē ꝓpositiōis p se note que sic a quibusdā diffinitur. ꝓpositio p se nota est ꝓpō imediata q̄ vel alia sibi equiualens i significando nata est eē naturaliter nota cuilibꝫ vtenti rōne absqꝫ indigētia notitie alicuius extrinseci. ¶ Ex q̄ diffinitione eliciunt̄ q̄tuor ꝯditiōes requisite ad hoc ꝙ aliq̄ ꝓpō sit p se nota. p̄ma ē ꝙ sit ꝓpō imediata. qꝛ propositio p se nota. sic dignitas ē spēs ꝓpōnis imediate. Ex quo seq̄tur ꝙ nulla ꝓpō demōstrabilis ē p se nota. cū nulla talis sit imediata. 2ª conditio ꝙ talis ꝓpō nata sit eē naturałr nota cuilibꝫ. vel salteꝫ aliq̄ sibi equiualēs i significādo. qꝛ eadē ꝓpō numero cuilibꝫ nō ē p se nota. 3ª conditio ꝙ sit nata esse nota cuilibet vtēti rōne. ꝛ p hoc excludūtur aliq̄ ꝓpositiōes q̄ lꝫ sint certitudialiter note alicui. nō tn̄ cuilibꝫ. 4ª conditio ꝙ sit nota absqꝫ idigentia notitie alicuius extrīseci. qꝛ tūc n̄ eēt p se nota sꝫ aliud extrīsecū posset notificari. nō tn̄ p hoc excludit̄ notitia termioꝝ qꝛ ipa n̄ est extrīseca sed itrīseca ꝓpositiōi. ꝛ huic diffinitioni satis ꝯcordat diffinitio ꝓpōis p se note a scoto posite. ꝓ q̄ p̄mittūtur due suppositiōes. ¶ Quaꝝ p̄ma ē. nulla ꝓpositio pōt alicui itellectui eē nota sine notitia suoꝝ termioꝝ sed oīs oratio fit nota p termios. vt pꝫ p ph̄m p̄mo hui⁹ dicētē ꝙ p̄ma p̄ncipia cognoscim⁹ iquātū termios cognoscim⁹. ¶ 2ª suppō est hec. cuꝫ dr̄ ꝓpositio p se nota. hec deterīatio p se n̄ excludit generalit̄ qd̄cūqꝫ quod pōt eē causa notificatiōis ꝓpositionis. sed solū excludit quācūqꝫ causaꝫ vel rōnē que est extra p se conceptū propositionis per se note. p̄ma ps pꝫ. quia nō excludit termios vt dicebat prima suppositio. nulla eniꝫ est propositio p se nota seclusa notitia termioꝝ. Secūda ps pꝫ. quia hec d̄termiatio p se excludit oē illud qō pōt eē medium ad demōstrādū talem propositioneꝫ. sed tale mediuꝫ oportet esse extra per se conceptū terminoruꝫ vel saltem alterius termini propositionis ¶ Ex his duabus suppositionibus īfertur talis diffinitio propositiōis per se note. Est eni illa que ex ꝓprijs

terminis que sūt aliquid eius. ⁊ nō p aliquid aliud qd̄ sit extra termiōs hʒ euidētē veritatē. hoc ē. ꝙ p nullā aliā veritatē ꝯplexā cuiuscūq; ꝓpositiōis hʒ euidētiā vt ista. oē totū ē maiꝰ sua pte.

Secundo Sciendū ꝙ i tertia pte huius capituli docet aristo. de propositione imediata. ⁊ itendit decē ꝯclusiōes. ¶ Prima ꝯclusio ostēdit qd sit pncipiū demōstrationis. ⁊ est hec. ꝙ pncipiū demonstratiōis dʒ eē propō imediata: ¶ Scd̄a ꝯ̄ est hec. ꝓpō imediata ē qua non ē alia prioꝛ. ¶ Tertia conclusio ē hec. propō ē enunciationis altera pars enunciās vnū de vno. ¶ 4ᵃ ꝯclusio ē hec. ꝓpositio dyaletica ē que simil̄r accipit quālibʒ ptē ꝯtradictionis idīnter. ¶ Quita conclusio est hec. ꝓpositio demōstratiua ē ꝓpositio accipiens determiate alterā pteʒ ꝯ̄ditionis. s. pteʒ veram. ¶ Sexta ꝯ̄ ē hec. enūciatio est q̄ accipit quālibʒ ptē cōtradictiōis. ¶ Septima ꝯclusio. ꝯ̄dictio est oppositio cuiꝰ secūdū se nō ē dare mediū. ¶ 8ᵃ cōclusio est hec. affirmatio ē ps contradictiōis affirmās aliquid de aliquo. Sed negatio ē ps cōtradictiōis enūcians aliquid ab aliquo. ¶ 9ᵃ cōclusio inuit quādam diuisionem. ⁊ diffinit mēbra illiꝰ diuisionis. diuisio ē hec. propositionū imediataꝝ alia ē ꝓpositio. alia vero digitas. propositio ē propō imediata quā n̄ ꝯtigit dmōstare. ⁊ quā n̄ ē nec̄e quēlibet adiscētē habere. idest non est necesse illuʒ qui debet edoceri i aliqua scia cognoscere ꝙ talis positio sit vᵃ. sed dignitas est maxia quā nō est necesse demonstrare tn̄ ē necesse quēlibet docēdū habere. Et ꝙ sint alique tales maxie probat aristoteles qꝛ in vsu cōi ꝯsueuerūt ponere quasdā maximas. ergo signū ē ꝙ sūt alique maxie. ¶ Decima cōclusio tangit diuisionem pōnis. ⁊ diffinitiones mēbrorum eiꝰ. Diuisio ē hec. positionū alia ē suppositio ⁊ alia est diffinitio. Suppositio est positio quanlibet partem enūciatiōis accipiēs. s. affirmatiuā ⁊ negatiuam. Sed diffinitio nō est accipiēs quanlibʒ pteʒ enūciationis. ꝙ aūt diffinitio sit positio ⁊ non suppositio probat ari. primo primam parteʒ. qꝛ i diuisibile ꝓm quātitatē ē diffinitio vnitatis. ⁊ tn̄ ē positio qꝛ arismeticꝰ ponit eā. igit̄ ⁊c̄. 2ᵐ pʒ. qꝛ indiuisibile ꝓm quātitatē. ⁊ eē idiuisibile ꝓʒ quātitatē. nō sunt idē sicut n̄ ē idē vnitas ⁊ eē vnitatē. sed pmū. s. idiuisibile ꝓm quātitatē ē diffinitio. 2ᵐ vo qd̄ ē eē idiuisibile ꝓʒ quātitatē ē suppō. g̃ diffinitio n̄ ē suppō.

